

iporum basilica fabricata est, pervenerunt. Mirabilia hæc, & A mirabilibus mirabiliora succedunt: sancti enim martyres genu ad terram flectentes, quasi unius horæ spatio, priusquam corpora sua ad terram deponerent, cunctis cementibus orabant. Orationi vero sine dato corpora sua ad terram dimiserunt, ac si dicerent: Hæc requies nostra in sæculum sæculi. In vita eorum apud Sur. 10. 5. Sept. 30. Th. Box. de sign. Eccl. Dei, lib. 15. cap. 6.

Anno Dom. 306. tempore persecutionis Daciani Hispaniæ Præsidis, cum LAMBERTUS nollet abnegare fidem Christi, ab hero suo, cui in agricultura serviebat officio, capite truncatus, mox capite in manus resumpto (mira res, sed vera) ultra quatuor passuum millia profectus est, ad locum, ubi multi jacebant martyres occisi. Quo cum pervenisset, clara voce dixit: Exultabunt Sancti in gloria. Responderunt sancti martyres: Et latrabunt in cubilibus suis, atque acclinavit se illis. Hæc Chron. Joan. Valesii sub an. Dom. 306. Lucius Marin. Sicul. de reb. Hisp. l. 5. Referri hoc possent nonnulla ex loco de Cadaveve, ubi inter exempla Ethnicorum pleraque recensentur etiam Sanctiorum, præsertim Tit. de Cadaveveribus conservatis, collectis, &c. Item ex loco de Sepultura, Mortuis, &c.

Sanguis.

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

SANGUIS Græcè αίμα, Hebraicè דם, est humor calidus existens utrumque alimentum in sanguine prædictis animantibus, qui tamen neque pars est animalis, neque vivit, aut movetur per se, cum sensu careat ordinatur tamen ad illius nutritionem, & estque calidus per se, ruber, & dulcis. Variè usurpatur apud Grammaticos, nunc pro vigore, nunc pro fœmate, nunc pro substantia, de quibus videatur Thesaurus linguæ Latinæ. Distinguunt Medicis sanguinem à cruore, quod hunc vocent, qui extra venas sit: illum vero qui intra illas.

PARTITIO.

Sanguis naturalis alius est, alius innaturalis. Naturalis in homine bonæ complexionis, sanguis est rubens, sapor valde dulcis boni odoris, & humidus existens: & ille varius est ratione atatum, & locorum: cuiusque Cholericus rubrum, incensum, inflammatum, siccum, & odoris & saporis acuti est, spumofum, gracilis spumæ sanguinem habent: Phlegmatici pallidum, aqueum, inspidum: Melancholici nigrum, ipsium, & terrefactum. Albert. Magn. de anim. l. 3. c. 2. c. 2.

C Sanguis innaturalis est, qui à naturali dispositione est mutatus, tam in colore, quam in sapore, & odore: & hoc duobus contingit modis, ex seipso solo, & ex alio removente, cum propter missionem à dispositione naturali. Ex se, cum aliqua qualitate activa, vel passiva impeditur à dispositione naturali: ex alio humore dupliciter removetur sanguis à naturali dispositione, quia humor alius vel à sanguine generatur, vel ab alio. Unde in ipsum sanguinem intrat, & utrumque, vel ad phlegma, vel ad cholera, vel ad melancholiam inclinare incipit: si ad phlegma, fit aquosus: si ad cholera, fit aliquantum turbidus: si ad melancholiam, factidus. Alb. Mag. de anim. lib. 3. c. 2. c. 3.

Item Sanguis distinguitur in venalem, & arterialem: dicitur ille, qui per venas fluit: hic autem qui salit in arteriis, cuius causa est cor: cum alius ab hepate gignatur.

Alii dividunt sanguinem in nutritionalem, qui perfectam concoctionem est affectus: & non nutritionalem, qui imperfectè decoctus est: verum cum omnis sanguis ordinetur ad nutritionem, non est afferenda præsens divisio.

SANGUIS ALIMENTUM.

Vide in loco de Alimento Alimentorum usus.

VETITUS;

Post Diluvium, cum Deus hominibus alimenta designaret humanæ complexionis convenientia, dicit inter alia: Carnem cum sanguine non comedatis, Genes. c. 9. quibus verbis præcipitur comedi caro absque sanguine. Immo & sanguis qualisque vetatur sumi in cibum, quod præceptum est positivum, non naturale. Ratio præcepti erat, ne homines assuescendo sanguini bestiarum, tandem nec humano parcerent. Ita Chrysostomus, & Rupertus, qui addit, sanguinem bestiarum esse gravem, terrefactum, melancholicum, multarumque agritudinum causam. Experiencia autem constat, Laniones, & qui pecoribus occidendis occupantur, faciliè ad humanum sanguinem fundendum incitari, idque ex consuetudine sanguinis, quem sapius effundunt.

Idem præceptum Apostoli in primitiva Ecclesia in Hierosolymis renovatum, Act. 15. ubi præceperunt abstinere à sus-

locato, id est, mortuo animali, è quo sanguis non exprimitur: & sanguine; eadem erat ratio, tunc, quæ prius. Cui addit aliam S. August. 9. 57. in Levit. quoniam præfigurabatur omne pretium nostrum esse in Christi sanguine, ideoque bestialem sumi à Christiano non oportere.

Aliam superioris præcepti rationem nonnullis adferunt, quod cum sanguis sit velut vehiculum anime, & spiritus vitalis, Deoque sit velut vita animalium, voluit cum Deus sibi solitariquam vitæ auctori offerri in sacrificio, pro vita peccatoris; ut patet ex Levit. 17. vers. 11. Ita S. Chrysostomus, & D. Thomas.

Duravit autem hoc præceptum Apostolicum non tantum usque ad tempora Tertulliani, & Minuti, ut ipse fatetur in Octavio, sed etiam Bedæ, & Rabani, ut constat ex ipsius Penitentiali. Nunc autem exolevit, licetque non modo sanguinem comedere in facriminiis, & aliis hujusmodi, sed etiam bibere. Viliama. S. Pate ex loco de Ethnicorum Religione confiderata respectu Formæ, ubi de viduis.

Vomitus. S. Vide Passiones corporis. Tit. Vomitus. Item Locum de Morte, ubi de causis illius. Emissione sanguinis mortui. S. Eodem loco de Morte, & Mortuis. Item ex loco de VENA.

INDICIUM.

Experientia teste docemur, si cadaver hominis interfecti in conspectum ducatur illius, qui id fecit, aut casu is superveniat, sanguinem stillare, ac si recens foret cædes. Cujus rei arcana nonnulli coniciunt in causam naturalem, sive antipathiam quandam inter cæsum, & cæsores, ideoque volunt experimentum illud fami, dum adhuc spiritus aliquis vitalis in corpore residet. Sed verè aliquid hic intervenire divinum existimavero. Deique occultum iudicium, qui homicidas miris modis ad pœnas rapit, sanguine humano in cœlum clamante.

Exempla hujus rei non pauca sunt. JABOBUS ab Aqueria ex vulnere occubuerat, & qui illud infixerat, comprehensus ad recognoscendum cadaver ductus fuit. Et ecce mox ebulliens sanguis è vulnere, & naribus erupit, omnibus spectantibus. Verioli lib. 2. obs. Kormanus lib. de mirac. mort. cap. 23. parte 9.

Simile narrat Engel. in Itinerario rer. Mariticarum, f. 173. Suar. in Diario, f. 343. Mart. Orenricibus de monst. c. 17.

HENRICUS Abbas Blefensis nequiter occisus, quod in disciplina servanda esset rigidior, fecerit suorum à tribus mercede ad id conductus. Igitur dum ad Ecclesiam corpus deferretur, trant rei sceleris. Et occy vulnere ipsa copiosum sanguinem emiserit. Centiprat. lib. 1. mir. ac. ul. 16. §. 2.

Idem ferebat de PUELLA septenni crudeliter à Judæis trucidata anno 1271. in pago de Plozheim. Hanc cum esset parentibus orbatâ, verula quadam Judæis vendiderat. Qui eam inter lineamina obstruendo ore detentam, per omnes membrorum juncturas crudeliter vulnerarunt, corpusque nunc exangue in profuentem proiecerunt, magnum lapidum congeriem ei superponentes. Reperta quarto die à piscatoribus, in oppidum delata fuit, & clamatum undique, perpetratum à Judæis scelus. Quod ubi Marchio Badensis, in ejus territorio id evenerat, intellexisset, venit, & corpori assilens vidit cadaver manum extendere, & velut vindictam exposcere. Igitur adductis ad hoc spectaculum Judæis, statim eruperunt omnia vulnera in sanguinem, capuque illi, & scelus confessi pœnas dederunt. lib. 2. Miraculorum, cap. 29. §. 22.

Certitudo horum Indiciorum quanta?

Disputant super ea re Doctores. Plures enim Jurisperiti sentiunt hocce indicium sufficere ad torturam, si cadaver occisi H coram certo aliquo sanguinem extillet. Atque id sapienter præcipientes plures Scriptores ferunt. Dissentit tamen ab illis, idque prudenter, Gomezus tom. 2. variat. res. c. 13. eumque sequuntur Mascardus, Godefridus, & communiter Theologi: quod ejusmodi indicium sit nobis incertum, ejusque causa incognita, & valde remota, præsertim cum experientia probetur, non semper presente auctore occisum emittere sanguinem, ut bene advertit Hieronymus Nymanus in orat. de imaginatione, quæst. 7.

INDICIUM, ET CAUSA

CRUELITATIS.

Sanguis humanus, de illo egimus itatim: calidè cibibus, facit hominem exuere omnem humanitatis, & amoris erga hominem affectum. Exemplo est FAUSTINA Marci Imp. uxor, quæ cum Gladiatorum perditè amaret, concilio Chaldæorum occi-

occisus ille, amoris flammam in scemina restinxit, dum astu A ejus sanguinem gustasset; nihilominus peperit marito Antonium Commodum Imp. crudelem, & ferum.

Dion. Griæcus crudeliter, & efferos mores Caligulæ IV. Rom. Imp. non imputat ejus parentibus sed nutrici barbaræ, quæ oras mamillarum sanguine illinere, & fricare solebat, antequam eas infans fugeret, unde & ipse jam adultus sanguinem ab ense, quo aliquem occiderat, lambebat cum voluptate, atque id unice optabat, ut toti mundo unica esset eervix, quam posset uno ictu decapitare: & ita solus regnare. lib. 2. de Casar.

REMEDIIUM.

Scitib Paracelsus, remedium adversus podagram esse sanguinem ipsius patientis quod distillatum, & ab eo sumptum, ita tamen, ut ignoret quod sumat. Fides sit penes Auctorem Refert Kormanus c. 23. mir. mortuorum, parte 5.

Sanitas.

Vide VALETUDO.

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

SANITAS est status corporis actiones suas probè obeuntis: quem bonam valetudinem dicimus sva, Hebraicè Responsab. Republi medela à radice Rapsa, lanavit Plutarchus tantitatem maximè coniunctum, longèque blandissimum condimentum dicebat, lib. de salubrib. præceptis, & Horat. l. 1. epist. 12. Si venri bene, si lateri est: pedibusque tuis Divitia poterunt regales addere majus.

ETUS CAUSA, ET SUBIECTUM.

Alcmon assererat, continentem sanitatis causam in equitate facultatum inesse: nempe humidis, siccis, calidis, dulcis, & reliquorum. Una autem ex ipsis præpollente; morbum fieri.

Sanitas est una bona dispositio corporis humani, per quam agit, vel patitur actionem, vel passionem ei debitam secundum naturam, absque notabili læsione, atque hæc dispositio est primum in membris homogeneis, ut in ossè, & carne, & confimilibus, & vocatur commensuratio in quatuor primis qualitibus, puta in calido, frigido, humido, & sicco: secundo est in membris hetero generis, seu officialibus, puta in manu, pede, cerebro & corde. Magnus medicus Meadolan. auctor est.

C Primum ad præsentium contemplationem pro hypothesi præsumtum est, sanitatem non esse absolute elementorum, ex quibus constituitur temperamentum, quam symmetriam appellant, quemadmodum omnibus fere, quante nos scripserunt, visum est, sed eam duraxat, quæ familiarium est partium. Deinde instrumentalem sanitatem in figura, numero, in magnitudine, ac compositione simularum consistere. Tertio, functionibus secundum naturam obeundis sanitatis habitum discerni. Postremo sanitatem quandam optimam esse, & (ut sic dicam) consummatam, atque summam quandam ceu dechientem ab hac, nec plane absolutam, perfectamve, atque hanc etiam largitudinem habere non parvam. Galen. de sanitate tuenda l. 1.

Sanus habet, & qui bene valet, & sibi spontis est, nullas obligare se legibus debet, ac neque medico neque alipta agere, hunc oportet variam habere vitæ genus, modo ruti esse, modo in urbe, sæpiusque in agro, navigare, venari, quiete cerere interdum: sed frequentius se exercere: siquidem ignavia corpus hebetat, labor firmat: illa maturam lætiam, hic longam adolescentiam reddit, prodest etiam interdum balneo, interdum aquis frigidis uti, modo ungi, modo idiplum negligere, nullum cibi genus fugere, quo populus utatur, &c. Cornel. Cels. lib. 1. c. 1.

D Sanitas autem non consistit in indivisibili: id apparet primo, inducitur in diversâ membra, quorum non est eadem sanitas, cum consistat habere diversas sanitates, quod rationi etiam convenit; ex quo habent diversas operationes, quæ omnia argunt diversam sanitatem. Galenus tertio de morbo. Si quidem sanitas dispositio est factiva actus, atque hoc idem patet in consideratione diversitatis ætatum.

DE SANITATIS COMMODIS,

ET PRETIO.

APOPHTEGMATIA.

Pythagoras dicere solebat, tria à Dis præcipue petenda: Formam, divitiarum, & bonam valetudinem: eo quod homo cætera sibi præstita possit. Quamquam hygnus non tam ad animi sanitatem, quam ad corporis, relictis possit. Erasim. Roter. lib. 2. Apoph. L. B. Theatr. vitæ Hum. Tom. VII.

Idem, Ad sanitatem corporis tria necessaria esse dicebat, videlicet, ne Famen, ne Sitim, ne Frigus patiatur. Stob.

Thales interrogatus olim, quidnam felix esset? respondit: Qui corpore sanus est, anima autem eruditus. Laert. l. 1. c. 1. Socrates monebat, ut caverent sibi homines à cibus, qui non esurientes ad edendum: & potibus, qui non sitientes ad bidentium alliciunt. Stob. serm. 99. de sanitate, &c.

Gorgias interrogatus, quomam ulus genere victus in tantam senectutem esset progressus; Nihil unquam voluptatis gratia se aut comeditisse, aut fecisse dixit. Eod. serm.

Hippocrates querenti consilium de sanitate tuenda, respondit: Sva, modo, sva, sva, sva, sva, sva, id est, cibi, potus, somni, Venus, omnia moderata sint. Eod. serm.

Alcmon assererat, continentem sanitatis causam in æqualitate facultatum inesse: nempe humidis, siccis, calidis, amari, dulcis, & reliquorum. Una autem ex ipsis præpollente, morbum fieri. Stob. ibid.

Plutarchus, Optimè dictum est, inquit, non satari cibo, non refugere laborem, feminis substantiam conservare: hæc tria saluberrima esse, &c. In præceptis de sanitate.

Diogenes stomachabatur in eos, qui pro bona valetudine sacrificarent, & in ipso sacro epulis immodicis semet ingurgitantes, facerent bonæ valetudinis iacturam. Laert. lib. 6.

Idem dicebat, semitari feros, qui cum vident dominos plus æquo voraces, non illis eriperent cibos. Nam hoc esse dominorum valetudini consulere: & fervis magis convenit edacitas. Idem ibid.

Democritus dicere solebat, homines preari quidem à Deo valetudinem, cujus tamen vim in semetipsis nesciant. Dum enim inordinate vivunt, suæ ipsius valetudinis sunt proditores. Max. serm. 27.

Quantum verò emolumentum sanitas acserret homini, animo volvebat Aultrius Albertus: quem interrogatum, quam esset jucundissima possessio, respondisse ferunt: Sanitatis, cuius thesaurus, ajebat, tam pretiosus est, ut quidvis potius perpeti debeat homo, quam cum sibi eripi sinat. Cujus exemplum in Castore animali habemus; qui

Et pedibus segnis, tumida is propendulus alio, Hac tamen infidias effugit arte ferax. Mordicus ipse sibi medicata virilia vellit. Atque obicit, sese quarus ob illa peti. Hujus ab exemplo discet non parere rare, Et vitam ut redimas hostibus ara dare. Andr. Alciatus in Emb. Beyerluack in Apoph. Chrift.

SANITAS INculpata.

QUO AD

AHYIN. ACQUISITIO

SANITATIS

Quomodo.

MEDEAM Diogenes non venesciam, sed prudentem feminam esse dixit, quæ exercitiis gymnasticis molles, & effeminatos homines, otioque corruptos, ad integram sanitatem traduxerit, & laboribus in locis calidis firmaverit. Eam ob causam fabulæ occasio data, quasi homines coquendo in juventutem restituerit. Brodeus in 1. Epigr. Græcorum.

Perse propter exercitationes pueriles modicas, eam sunt consequuti corporis siccitatem, ut neque fuerent, neque emungerent, nec sufflato corpore essent, inquit, Varro ex Xenophontis lib. 10. tradit. Vitiis lib. 10. Var. Lib. cap. 15.

Indi incoluntatem exercitio quarunt, & perfiditionibus, Adhibentur frigiles ex hebeno præcipue corporum expolitioni, in qua deprehenduntur curiosiores. Cels. lib. 1. 8. cap. 31. A. L.

M. Caro corporis constitutionem laboribus suis, sobrio victu, & expeditionibus, in quibus à prima ætate adolevit, per quam paravit habilem, ad roburque, & sanitatem juxta comparatam. Plut. in Catoe.

Galenus in libris de sanitate tuenda, scribit se (jam grate proventiorem) ex lassitudine nonnumquam febricitasse, nullum aliàs morbum multis jam annis experti: quoniam percussus, inquit, certis corporis partibus, unde alii phlegmone, bubo neque contractis febricitavit, ipse nunquam phlegmone bubo nemve lenis, nec febre laboravi: non aliunde certe, quam ex servandæ sanitatis arte, tanta commoda consecutus: cum alioqui nec salubrem corporis statum ab ortu ipso sim nactus, nec vitam planè liberam sortitus, sed in qua tum artis officio servierim, tum amicis, cognatis, & civibus compluribus inservierim, tum plurimam noctium partem, nonnumquam agrotantium

122
cium ipsorum causam semper autem dulcedinis studiorum
gratia, privilegiaverim. Cum circa annum aetatis xxii. peri-

OTAAKHN. SANITATIS CONSERVANDÆ STUDIUM.

123
Apud Indos propter vitæ frugalitatem, & vini abstinentiam, aut morbi non sunt: aut si qui sunt, eos sophista curant. Strabo lib. 15.

124
Singulari mensibus triduo purgant se Ægyptii, vomendo, atque intestina diluendo, gratia sanitatis conservandæ existimantes omnes languores hominibus creari ex cibis. Herod. l. 2.

125
Numidæ ætate pariter, atque hyeme equites pellicca talari tunica utuntur, quod ea peregrinæ sustineat ventos, & in magnis fervoribus solis non admittat: capiti linteam intortis a mento spiris, non indecens tegumentum: desiliens ab equis in clunes confidunt, parcutiq; pedibus, ut vix exiguis spatii obambulent: plicatione verò assidua, contentioneque artuum, itemp; frictionibus calorem excitant. Hac exercitatione, procul a morborum periculo, medicinæ periculo ad summam perveniunt senectam, adeo ut fatalem horam minimè præsentiant, & evanescentes potius quam intercepto spiritu leniter expirent. Jovius lib. 32. Histor.

126
Omnes ferè corporis robore, sensum integritate, ingenio vegeto, memoria firma exuperasse GORGAS Leontinus videtur, etiam ætatis annum attigisset octavum supra centesimum. Cujus rei cum ab ætate rationem sciscitaretur quispiam, respondit: id id prætoris idonæ causa est. Ad id ætatis perveni, quod volupatas causa nil mihi unquam permisi facere. Cæli lib. 19. c. 20. ex C. de Senect.

127
Apud Lucianum in 2. lib. Verarum narrat. legitur non licuisse Chrypsippo Philosopho Stoico in beatorum insulam immigrare, nisi quartum jam sumpso elleboro. Nimirum illuc aludicet, quod ter in vita bibisse memoratur, ut testatur etiam Petronius in carmine quodam. Erat. in Adagiis.

128
PHILOPOMENUS Achaorum prætor, per otium aut vnanando corpus subigebat, qua ratione parabat agilitatem simul, & robur: aut agrum colendo, quam lautum viginti ab urbe stadiis possidebat. Ede se à prandio, vel à cœna conferbat quotidie, corpusq; in thorum vernaculum, ut quilibet operariorum, ad quietem abiecit. Prima luce ad opus surgebat cum vinitoribus, aut aratoribus, inde remeabat ad urbem, & negotia publica tractabat. Paul. in Arcand. l. 9. Plut.

129
M. Tullius Cicero haud temerè ante occasum Solis accumbebat, non tam districte occupationibus, quam valetudinis causa, ob stomachi imbecillitatem. Fuit alioquin in corporis cura curiosus, & nimis, ut ad certum numerum frictionibus, & ambulationibus uteretur. Ad hunc modum, habitum validum, & firmum ad labores conservavit. Plut. in Cicero.

130
Vespasianus Imper. valetudine prosperrima usus est: quamvis ad tuendam eam nihil amplius, quam fauces, cæteraque membra sibi met ad numerum in sphaisterio defecaret, inediæque, unius diei per singulos menses interponeret. Suet.

131
Galenum ( inquit Cælius Rhodig. lib. 50. c. 12. A. L. ) memoriæ proditum à nonnullis est, eum & quadraginta annos vixisse, tantaque in cibo, & potu abstinentia usum, ut ad fatietatem nunquam comederit, aut biberit, nec erudum quicquam unquam gustaret: unde sit factum, ut odorificum semper anhelitum spiraret: & citra ullam omnino affectionem, sola defecere senectus. Ipse de seipso scribit, quod sanus per infantiæ, & pueritiæ ferè patris beneficio perseveravit. Adolefcentis factus, ob fructum temporarium eum adveniente autumno, & agritudine laboravit acuta, ita ut venæ sectione D opus habuerit. Ad pristinum victum à patre restitutus, anno aetatis 18. sanus permansit: sequente, victu fociorum usus ægrotavit iterum similiter: ac rursus sanguis ei detractus est. Posterioribus similiter annis, usque ad 28. vel singulo, vel tertio quoque anno, morbo aliquo laboravit. Post 28. Postquam salubrem methodum invenisset, nullum deinde morbum passus est, præter febrem ephemeram, ob immodicos labores. Gsnerus in ejus vita.

132
Magnus Sfortia adeo robusta, ac indomita corporis temperatura semper fuit, ut facili morborum initia exercitatione discerneret, & si qua febris incidissent, eas incredibili patientia ac sciendum sudorem lodice cooperatus, & inedia præsertim, repudiatis pharmacis, superaret. Jovius in ejus vita.

122
Hadrianus VI. Pont. per se cibi parcissimus erat, & in tuenda valetudine apprime diligens, ut denunciante architrachino E paratas esse epulas, vel maximarum rerum colloquia protinus abrumperet. Jovius in Hadriano VI.

XPHEIN. SANITATE PRUENTES.

Populi.

123
Observatione dignum est, Israelites ex Ægypto egredientes, divinitus ea valetudine præditos fuisse, ut ne unus quidem à sexcentis, & amplius hominum millibus infirmus esset. Id quod Psalm. 105. notat: Nec tot inter millia unum languor attentaverat.

124
Sunt Ægyptii omnium hominum, post AEROS, maxime salubri corpore, aeris (ut mihi videtur) beneficio, qui nunquam immaturus: cujus mutationibus præcipue oriuntur morbi. Herodotus.

125
In Tabrona insula longissimam vitam, sine ullo languore traduci, Artemidorus testatur apud Plin. l. 7. c. 2.

126
Pœni pastorales, ubi filii ipsorum quadrimis effecti sunt, venas verticis illorum lana succida injuntur: nonnulli venas temporum: cam ob causam, ne ullo unquam tempore putita defluens è capite officiat: eaque de re se ajunt esse optima valetudine. Et sunt reverè Pœni inter omnes, quos novimus, F homines saluberrimo corpore. Herod. lib. 4.

Senes.

127
Ex Tit. Longævorum, exempla nunc pauca petes, quatenus vita longivido sanitatis beneficio pretenditur.

128
Caleb Jephonis F. qui è tribu Juda, explorator fuerat missus à Moysè, ut solus cum Josue veritatem nunciaret, terram Sanctam intravit, annos natus 85. integris viribus ad quavis munia bellica. Itaque in terra Sancta divitiis Hebron libi assignari perit, in qua sciebat Enaquinos gigantes ferocissimos habitare. Josue cap. 14.

129
Consul Servilius cum annum nonagesimum vixisset, toto corpore fuisse incolumis perhibetur, & omnes sensus integros singulari quadam felicitate conservasse. Suidas.

130
Pater Aufonii Poetæ de seipso in Epeicidilio loquitur: Nonaginta annos Baculo sine, corpore toto. Et egi cunctis integer officii.

131
Petrarchæ Petrarchæ proavis Garsias Aretinus usque ad octuagesimum, ac quatuor vixit, prospera semper vii valetudine, decessitque nullo ante affectus morbo, qui appareret, nisi quod aliquando per debilitas vires sentiebat. Et Petrarcha G recitat. Fulgofus l. 8. c. 14. Egnor. eodem.

Mulieres.

122
Zonaras in vita Tiberii tradit, LIVIAM Augusti uxorem octogesimo annum attingisse sine ullo morbo. Mortua clata est adhibitis quibusdam imaginibus, cum lectu mulierum Romanarum ad annum, iusto senatus. Cusp.

Sacri homines.

123
MOYSES annos natus 120. cum neque oculis caligaret, neque viriditate amisset, iussu Domini in montem Nebo (qui est in finibus Moabitum, è regione Gierichontis) ascendens, terram omnem, quam Dominus Israelitis daturus erat, oculis perstrans, ut quam prosper suum peccatum intrare non poterat, videret tantum, ibi Domino mortuus est, & ab eodem sepultus in valle quadam Moabitica secundum Bethpegor: neque quisquam hominum hætenus ejus sepulchrum scivit. Dent. 34.

124
L. METELLUS post consulatum Pontifex maximus, ita bonis viribus extremo ætatis tempore fuisse narratur, ut adolescentiam non requireret.

125
OTHLO Vicecomes, Archiepiscopus Mediolanensis, debellatis Turrianis, imperioque conquesto, cum ad Claravallis eccliam nobilium amantissimis in hortis tuenda valetudini operam daret, frequentiq; comitatu insignium Philosophorum, & saceratorum virotum oblectaretur, senio potius, quam morbo confectus è vita discessit, Augusto mense anni 295. Impleverat septimum, & octogesimo annum, nullis paulò molestioribus morbis obnoxius. Jovius in ejus vita.

Literati homines.

126
SOCRATES, adeo moderatè cibo, potuque usus est, ut absque medico valetudine inoffensa vixerit. Laert. in ejus vita, & Ælian. lib. 12. de Var. bist.

127
ZENO Criticus Stoicorum pater vixit morborum expertus in summa frugalitate. Necavit semetipsum inedia. Suidas.

CLEAN.

122
CLEANTHES Affius Philosophus, ad quemdam contumelias causa obiectum sepeferum: Etego, inquit, abire cupio: verum ubi reupto me omni ex parte sanum, five legendum est, five scribendum, rursus, maneo. Laert. l. 7. c. 2.

123
XENOPHILUS Chalcedensis Pythagoricus celeberrimus, (ut ait Aristoteles Muficus) omnis humani incommodi expertus, in summo perfectissimæ splendore doctrinæ extinctus est. Valer. Max. lib. 8. c. 14. Plin. lib. 7. c. 50.

124
GORGAS Leontinus, Charmantidæ F. Empedoclis discipulus, Poli, Periclis, Ilocratis, & complurium magni ingenii virorum præceptor, cum centesimum, & septimum ageret annum, interrogatus quapropter tamdiu vellet in vita remanere? Quia nihil (inquit) habeo, quod senectutem meam acculem. Val. Max. lib. 8. c. 14. Philoftr. in Sophistis, & Cic. in Catone Majori. Anno post obiit. Plin. lib. 7. c. 48.

125
ISOCRATES quarto, & nonagesimo anno vitæ librum edidit, quem Panathenæicum inscripsit: superfuit operi annos quinque, fuitque extrema ætas par sulcepto labori, viribus, judicio, memoria. Id. lib. 1. c. 7.

126
PHILEMON Comicus, qui anno aetatis c. 1. risu perit, corpore fuit integro, atque etiam omnes sensus illatos felicitate quadam conservavit. Suidas.

127
ASOLEPIADES Prusensis medicus cum fortuna sponfione fecit, ne medicus crederetur, si unquam invalidus ullo modo fuisset. Etequo voti compos factus, subito scalarum lapsu suprema senectæ cyanimatus. Sabl. to. c. 8. ex Plin.

Reges.

122
CYRUS Persarum Rex in eo sermone, quem moriens habuit, cum admodum senex esset, negat se unquam sensisse senectutem suam imbecilliorum factam, quam adolescentia fuisset. Xenophon. Cyri prædia.

123
AGSILAEUS Lacedæmoniorum Rex, jam summa senectute gravatus, sæpè per brumam visus est discalceatus, ac sine tunica incidere, nullam aliam ob causam, quam ut jam senex juvenibus patientia dare exemplum: Ælian. de Var. bist. & Vol. lib. 13. c. 3. Antrop.

124
MASSINISA Rex Numidæ regni spacium sexaginta annis emensus, & ante omnes homines robore senectæ admirabilis fuit. Constat, eum (quemadmodum Cicero refert de Senectute) nullo unquam imbrî, nullo frigore, ut caputulum vestis tegeret, adducto potuisse. Eundem ferunt aliquot horis in eodem vestigio perstrare solitum, non antè moto pede, quam consimili labore juvenes fatigasset: ac si qui agi à sedente oporteret, toto die sæpè numerò nullam in partem converso corpore in solio durasse. Ille verò etiam exercitum, equo insidens, noctem diei plerumque iungendo, duxit, nihilque omnino in eis operibus, quæ adolescentibus assueverat, quominus in senectute ageret, omisit. Venierit etiam usui ita semper viguit, ut post sextum, & octogesimo annum filium generaret, cui Methymato nomen fuit. Valer. Max. lib. 8. c. 14. Diod. lib. 32. Plin. lib. 7. c. 48. Suidas filium ultimum vocat Stembam.

125
MITHRIDATES Ponti Rex, qui XLII. annis cum Pop. Rom. bellum gessit, statura ingenti (sicuti ex armorum forma, quæ delata Delphos sunt, conjectatum est) valetudine prospera usus, ad ultimum vitæ tempus equitabat, jaculabaturque, & mille stadia, dispositis per intervalla equis, una die discurreret. Curtus sex, & decem equis agitavit. Cælius lib. 29. cap. 16. Antiq. Lib.

126
C. JULIUS Cæsar fuisse traditur excelsa statura, colore candido, teretibus membris, ore paulo pleniore, nigris, vegetisque oculis, valetudine prospera: nisi quod tempore extremo repente animo lingu, atque etiam per somnium exterriti solebat. Suetonius.

127
TIBERIUS Cæsar, tempore principatus penè toto valetudine fuit prope illasa: quamvis à trigesimo ætatis anno arbitrari eam suo rezerit, sine adjumento, consiliove medicorum. Idem.

128
NERO Cæsar, licet luxuriæ immoderatissimè esset, ter omnino per XIV. annos languit: atque ita, ut neque vino, neque consuetudine reliqua abstineret. Idem.

129
CAROLUS Magnus valetudine prospera fuit, præter quod antequam decederet, quadrennio crebris febribus correpietur: ad extremum etiam uno pede claudicavit. Crantzii lib. 2. c. 7. Saxonia.

130
ANDRONICUS Comnenus tyrannus, etiam extrema ætate juvenili facie, corpore omnium saluberrimo: quia neque delictus, neque vorax, neque bibax erat, sed ut Homerici Heroes L. B. Theat. vit. Human. Tom. VII.

122
assis plerumque vescabatur. Unde nemo eum rufantem vidit. Si quando ex stomacho laboraret, totius diei exercitatione, & E jejuniis, val exiguum fastidium propullabat. Die ad occasum vergente, frusto panis, & modico vino corpus recreabat. Pharmac. dum imperavit, semel tantum usus est, idque invidus, hortatu medicorum. Se omnis generis morbis vel annum integrum resistere posse, assererat. Nicetas lib. 2.

123
JOANNES Aragonum Rex XVIII. valetudine prospera semper usus perhibetur, nisi quod octogenarius podagra morbo laboravit, & os illorum aciem per intervalla debilem sentit. Eius per tot annos prosperæ valetudinis præter naturam causæ tres præcipue fuerit, mundities scilicet, cujus studiosissimus erat, abstinentia potus, & cibi, & laboris usus assiduus. Marin. lib. 12. rerum bist.

HIEROGLYPHICA.

122
Pentagonum salus, vel sanitatis Symbolum fuisse testatur Lucianus ed libello, in quo agit de quodam, qui lapsus erat inter saltandum: cuius rei origo talis commemoratur. Antiochus is, qui Zorip cognomento dictus est: eum adversus Galatas pugnare, nec satis ex sententia res succederet, effectique in discrimine: per quietem vel vidit, vel se vidisse simulavit, ut militum animos in spem erigeret: Alexandrum Magnum se monentem, ut salutis symbolum assumeret: idque pro testera tribus daret, eorumque vestibus infuere: ac e fore, ut victoria potiretur. Symbolum autem illi hujusmodi ostendisse: Triangulum triplicem invicem insertum ex lineis quinque constantem, in quibus Tyria scriptum erat: sic enim salus, sanitas Græcè appellatur: Unde hoc signum in veteribus Antiochi nummis adhuc cernitur, quod signum Mathematici à quinque angulis Pentagonum vocant. Erud. quidam libro 2. Hieroglyph. 583.

Sapiencia. Sapiens.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

122
SAPIENTIA, Græcè σοφία, & σοφός sapiens dicitur. Hebr. Sapiencia Chochmah, dicitur verbo Cacham, sapiens fuit, sapit mente, sapienter egit.

123
Est autem Sapiencia multarum, & mirabilium rerum scientia. Aristoteles lib. 1. Rhetor.

124
Sapiencia est cognitio primarum, & altissimarum causarum. Arist. lib. 1. Metaph.

125
Sapiencia est scientia sempiternorum. Acharab. lib. de divis. G Philosoph.

126
Sapiencia est rerum divinarum, & humanarum scientia cognitioque, quæ causa cujusque rei sit, ex quo efficiatur, ut divina imitetur, humana verò omnia virtute inferiora ducat. Cicero lib. 4. Tuscul. 4.

127
Sapiencia, quæ formaliter sapientes sumus, est quædam participatio divinæ sapientiæ, quæ est Deus. B. Thom. 2. 2. q. 23.

128
Sapiencia à sapio dicitur, quod est rectè sentio. Et qui eam profitentur, hoc est, sapientes appellantur, quo nomine illi septem charissimi viri vocati sunt, scilicet Thales Milesius, Solon Salaminus, Chilon Lacedæmonius, Pittacus Mitylæneus, Bias Prinaeus, Cleobulus Lyndius, Periander Corinthius. Sed postea Pythagoras primus non se sophum, sed philosophum appellavit, hoc est, non sapientum, sed sapientiæ amatorem. Ita scientiam ipsam non sophiam, sed philosophiam nuncupandam existimavit, quoniam nullus hominum sapiens esset, quod soli Deo contingit.

129
Sapiencia à scientia differre videtur: quia sapientia est rerum divinarum cognitio: scientia verò humanarum. Quare August. Super. 1. ad Corinth. c. 12. ait: Sapiencia est in contemplatione æternorum, scientia verò in occupatione temporalium. Idem August. lib. de Trinit. Hæc est sapientia, & scientia recta distinctio, ut ad sapientiam pertinet æternarum rerum cognitio intellectualis, ad scientiam verò temporalium rerum cognitio rationalis.

130
SAPIENTIAE VERÆ, ET FALSÆ DISCRIMEN.

122
Sive de sapientia mundi, & Justorum.

123
Hujus mundi sapientia est, cor machinationibus tegere, sensum verbis velare, quæ falsa sunt, vera ostendere: quæ vera sicut, falsa demonstrare: hæc nimirum prudentia usu à juvenibus scitur, hæc à pueris pretio dicitur: hanc qui sciunt, ceteros despicendo superbiunt: hanc qui nesciunt, subjecti, & timidi in

G 4

alios mirantur: hæc sibi obsequentiis præcipit honorum cul- mina querere, adepta temporalis gloriæ vanitate gaudere; irrogata ab aliis mala multipliciter reddere: cum vires suppetunt, nullis resistentiis cedere: cum virtutis possibilitas deficiat, quicquid per malitiam explorare non valent, hoc in pacifica bonitate simulare. *Glof. in Chiron.*

Iustorum sapientia est, nil per ostentationem fingere, sensum verbis aperire, vera ut sunt, diligere, falsa devitare, bona gratis exhibere, mala libentius tolerare quam facere, nullam iniuriæ ultionem querere, pro veritate contumeliam lucrum putare: sed hæc iustorum simplicitas desiderat: quia & a mundi sapientibus puritas virtutis fatuitas creditur. Quid namque stultius videtur mundo, quam mentem verbis ostendere, nihil machinatione callidè simulare? nullas iniuriis contumelias reddere? pro maledicentibus orare? paupertatem querere? possessa relinquere? sapientibus non resistere? percutientem maxillam alteram præbere? *Greg. 10. c. 27. Mor.*

Omnia sapientia hominis in hoc uno est, ut Deum cognoscat, & colat. Hoc nostrum dogma, hæc summa est. Quanta itaque voce possum; restitutor, proclamo, denuntio. Hoc est illud, quod Philosophi omnes in tota sua vita quaeserunt, nec unquam tamen investigare, comprehendere, tenere valeverunt: quia religionem aut pravum reinventur, aut totam peniculis sustulerunt. Qui vult igitur sapiens, ac beatus esse, audiat Dei vocem: difcat iustitiam. Sacramentum nativitatis sue noscat, humana contemnat, divina suscipiat, ut summum illud bonum, ad quod natus est, possit adipisci. *Laſant. Form. lib. 3. cap. 30.*

Mater omnium bonarum artium est sapientia, à cuius amore Græco verbo Philosophia nomen invenit, quia nihil à diis immortalibus uberius, nihil florentius, nihil præstabilius hominum generi datum est. Hæc enim una, nos cum cæteris res omnes, tum quod est difficillimum, docuit, ut nosmetipsos nosceremus. Cujus præcepta tanta vis, tanta sententia est, ut ea non homini cupiam, sed Delphico Deo tribueretur. Nam qui seipsum notit, primum aliquid se habere sentit divinum, ingeniumque in se habet, sicut simulachrum aliquid putabit, tantoque munere decorum semper dignum aliquid & faciet, & sentiet: & cum se ipse persequerit, totumque tentarit, intelliget quemadmodum à natura subornatus, in vitam venerit, quantaque instrumenta habeat ad obtinendam, adipiscendamque sapientiam: quoniam principio rerum omnium quasi adumbratas intelligentias animo, ac mente conceperit, quibus illustrat, sapientia duce, bonum virum, & ob eam ipsam causam, cernat se beatum fore. *Cic. 1. de legib.*

Sapientia ars vivendi putanda est, quæ mœstiam pellit ex animis, quæ hortescere metu non sinit, quæ præceptra, in tranquillitate vivi potest, cupiditatum ardore restitit. *1. de Fin.*

Sapientia sola est, quæ nos à libidinum impetu, & formidini terrore vindicat, & ipsius fortunæ modestè ferre doceat injurias, & omnes docet vias, quæ ad quietem, & tranquillitatem ferunt. *1. de fin.*

Hæc est una omnia scientia, non arbitrari sese scire, quod nesciat, ob eamque rem Socrates ab Apolline omnium sapientissimus est dictus. *1. Academic.*

Sapientia nihil est optabilius, nihil præstantius, nihil homine dignius. Estque divinarum rerum, & humanarum scientia, cujus studium, si quis vituperat, haud sanè intelligo, quidnam sit, quod laudandum putet. *1. Offic.*

Ita est præstans, & divina sapientia, perceptas penitus, & pertractatas humanas res habere: nihil admirari, cum acciderit, nihil antequam eveniret, non evenire posse arbitrari. *3. Tusc.*

**\* DE SAPIENTIA PRÆSTANTIA, ET VIRTUTE. APOPHTHEGMATA ETHNICORUM.**

**PYTHAGORAS** diligenter hoc perpendendum esse dicebat. Quod cum homines omnes maximum esse bonum in sapientia situm afferant. perpauci tamen interim ad possessionem ejus annitantur. *Stob. in ser. de prud.*

**ARCHYTAS** Pythagoreus, Appello, inquit, Sapientiam cognitionem nominis, rerumque divinarum, ac prudentiam humanarum rerum, & eorum, quæ vitam spectant. *Stob. serm. 1. de virtute.*

**THALES** hominem ex sermonis ferie judicandum putavit sapientem, cum dicere solitus: Multa verba nequaquam arguunt sapientem. Sapiens enim nisi quam res postulat, loquitur, perpaucis ad interrogata respondet. *Eraf. 1.6. apoph. 4. Laert. 1.11.6.*

**SOLON**, Sapientiam ajebat tantum cæteris virtutibus antecellere, quantum visus reliquos sensus excellit. *Anton. serm. E de sapientia.*

**BIAS**, eos, qui inani sapientia vacant, similes esse noctuæ oculis dicebat. Hujus enim oculi noctu quidem valent: sole autem splendente cæcunt. Et illorum mens acutissima quidem est in vanitate contemplanâ, ad veri autem luminis objectum mox obscuratur. *Stob. serm. 3.*

**DIODEGENES** dicebat, faciles esse Deos ad donandum hominibus vitam: cæterum hanc ignorari ab his, qui quaerunt unguenta, & delicias, his enim, qui fruuntur, credent se vivere: cum veram vitam, tranquillam, & suavem præstet sapientia. *Laert. lib. 6.*

Idem. Sapienti nihil deesse colligebat hoc syllogismo: Deorum amici sunt, deorum autem amici sunt sapientes, & amicorum communia sunt omnia: sapientium igitur sunt omnia. Sed eodem syllogismo reitendi poterat, petens aliquid: Cur petis habens omnia? At respondisset: Non peto, sed repeto. *Laert. lib. 6.*

**ANTISTHENES** Atheniensis negabat sapientem vivere iuxta leges ab hominibus conditas, sed iuxta normam virtutis: Sapiens enim non idèo declinat à malo, quod legibus prohibuit sit: quod ipsa ratio dissuadet, hoc agendum esse. *Laert. lib. 6.*

**XENOPHANES**, Empedocle dicente, sapientem inveniri non posse: Et merito, inquit, nam sapientem esse oportet, qui agnoscat sapientem, notans illum, qui hoc dicebat, suo vitio non invenire sapientem. *Laert. 1.9. c. 1. Ant. in Melis. p. 1. ser. 50.*

**ARISTOTELIS** dicebat, sapientem sibi sufficere, eò quod omnia, quæ sunt aliorum, sunt & hujus, qui cum omnibus habeat amicitiam, & amicitia facit omnia communia. *Laert. lib. 6.*

**ALEXANDER** videns Dio genem in dolio decubentem, O vas, ait, sapientia referunt! At Philosophus affurgens, Regum, inquit, omnium maxime, unam abs te fortunæ guttam ex peto, ut vel dolium hoc (quod vocas sapientia) illud mihi permaneat, sine quo parum feliciter cum sapientia agitur. *Stob.*

**DIONYSIUS** dicere solebat, se à sapientibus amicis sibi cavere, quando certum haberet, ex his esse neminem, qui non imperare mallet, quam servire. *Eraf. 1.5. apoph.*

**CICERO** luit in quendam, qui cum prius habitus esset stultissimus, post adeptam hereditatem primum rogabat sententiam: Cujus, inquit, hæreditas, quam vocant sapientiam: In versu pro facultas mutat vit hæreditas, Apud Poetam enim versus sic habet: Cujus facultas, quam vocant sapientiam. Significavit autem, hæreditatem illi pro sapientia contigisse, & ob hæreditatem jam habitum sapientem. *Eraf. lib. 4. apoph.*

**SENECA** sapientiam describens dicebat, esse idem velle, atque nolle, perfectum item bonum mentis humanæ: à rerum natura non aberrare, & ad illius legem, exemplumque formari. *In epist. 1.9. de vita beata.*

**CHILON**, Sapientissimè dixisse putatur, cum monuit hominum bonitatem ita auro probari, quemadmodum aurum Lydio lapide. Ostendit enim permultos, qui aliis vitis resisterint, opum desiderio multoties à virtutis tramite deduci. Et qui adversus opum improbitatem constans fuerit, eum facile de cæteris vitis victoriam reportaturum. *Fulg. lib. 12.*

**THALES** scilicatus, quo pacto optime, justissimeque quis vivere posset: Si, inquit, quæ in aliis reprehendit, ea ne faciat ipse. *Laert. lib. 1. cap. 1.*

**PYRRHUS**, cum vovisset Palladi, in Atheniensis arce rem sacram facere: Athenienses liberè eum in urbem, atque arcem receperunt. Verum postquam urbe egressus fuit, dixisse fertur. Mirum in modum gratam extiisse fidem, quam sibi Athenienses habuissent. Cæterum si sapienter, in posterum regi minime portas aperturos esse. Quo dicto ostendit, non esse ex re libera civitatis, in cuiusquam principis manu libertatem suam credere. Cujus consilium non fecit Athenienses, cum postea Castandrum quoque in urbem recepissent, magna, atque innumerabilia mala ex eo tulerunt, re ipsa experti fæ, Pyrrho sapientissimè monitos esse. *Fulg. lib. 6. c. 2.*

**SCIPIO** Africanus negabat aliter cum hoste configi debere, quam si aut rei opportunitas obvenerit, aut dira postulare necessitas. Nam & prosperam gerendam rei facultatem omittit, maxima dementia est: & in angustias utique pugnandi compulsum abstinere se prælio, pessimè ignavia affert exitium: eorum, qui ista committunt, alter beneficio fortunæ uti, alter injuriæ necesse resistere. *Val. Max. lib. 7. c. 1. Bruf. 1.2. c. 32.*

**Q. METELLUS** devicta jam Carthagine, in senatu sapientissimè nescire se dixit, plures boni, vel mali Reipublicæ illa vido-

victoria atulisse. Quoniam ut pacem restitucendo profuisset, ita Hannibalem submovendo nonnulli nocuisset. Ejus enim transitu in Italiam dormientem populi Romani virtutem excitatam: metuque debere, ne acris impulo liberata, in eundem somnum revolveretur. *Val. Max. lib. 6. c. 2.*

**M. CATO** affirmare solebat, infans prudentibus longè utiliores esse, quam infans sapientes. Quippe qui sapientes, cum stultorum errata inspicere, ob id melius vitam mutare solerent, at amentes, cum discendi capaces non sint, ex sapientum beneficiis fructum percipi nullum possunt. *Fulg. lib. 7. c. 2. Eraf. lib. 5. apoph.*

**AUGUSTUS CÆSAR**, in omni verbo prudentissimus, eos, qui leves ob causas se periculis exponerent, similes esse dicebat iis, qui aureo hamo pisces capere tentarent. Hi enim, amisso semel hamo, plus damni accipiunt, quam ex multorum piscium captura lucri. *Fulg. lib. 7. c. 2.*

**L. PASTIENUS**, Neronis vitricus, à quo & Nero maximè ditatus esse dicere solebat, se male quorundam judicium quam beneficium, & quorundam beneficium quam judicium, quo Seneca affertit, se nihil subtilius, atque insignius cognovisse: in distinguendis maximè vitis, atque curandis.

**ABHORRENS** ab omni mulierum aspectu, cum aliquando fecaminam obviam haberet, quæ aperto supercilio cum intuebatur, increpans eam, in terram proficere iussit. ILLA autem respondens, ait: Quomodo tandem ego intuear? cum æquius sit tibi eam inspicere, qui ex ea conditus sis, quam me, ex te ortum habentem. *Idem 1.9. c. 16. Eccl. biff.*

Fuit **SALADINUS** Princeps Ægyptus, qui imperii sui fines in primis auxit: & felicissimè diu regnum tenuit, Christianorum quoque opes ita in oriente attrivit, ut Hierosolymis capitis, Christianum nomen in hunc usque diem ex Syria ejiceret. Ille vero moriens in summa rerum felicitate, testamento suo cavet, ut intertunica linea, quam gestare solebat, verticis prælonge haste affigeretur, exclamaretque assidue, qui lanceam gereret, hanc unam esse regiam tunicam, quæ illi ex tantis opibus, tantoque imperio superflua. O vocem præclaratam dignamque in primis, quam insolentissimi Principes frequentissimo in animo repetant, nobis omnibus vita functis, nihil omnino superesse, nisi quod bene, sanctèque gesserimus. *Joan. Bapt. Egnatius li. 7. c. 7.*

**CHRISTIANORUM.**

**COSMUS** Medices à Strozanis quandoque in exilium pulsus, ad Benacum, à misso ad se nuntio interrogatus, quid ageret; prudentissimè sese respondit, se Gallinæ incubanti irequentem adesse, ut ejus postea fructu potiretur. Cujus respondens illi in risum conversus, non animadvertit, viri prudentissimè respondens eò tendere, ut de re diti in patriam assidue cogitaret, quam non multo post Senatus Venetiæ ope consequutus est. *Joan. Bapt. Egnatius lib. 7. c. 2.*

**CELEBRE** etiam nunquam satis laudatæ Sapientie exemplum fuit **ALPHONSUS**; qui, dum esset potentissimus, percontanti, quomodo tot partis regnis, opibusque ad paupertatem redigi posset; respondebat: Si venderet Sapientia. At verè: Nescit homo pretium ejus, inquiebat Job, nec invenitur in terra suavitè vivendum. *Ex Panor. in Prov. lib. 3. de Gest. ejus d. Beyerlinck in Apophtheg.*

**IDEM** scilicatus, quo nomine Sapientiam decorandam sentiret; ajebat: Eam ego exillimo Decisilium, ac sola rerum omnium esse immortalem, solique homini inter animantia datam. Hinc etiam olim prælarè in Finibus Cicero, eam hominis custodem, & proceratrem nuncupavit. *Ibid.*

**NON** immerito ergo **CARDIN. ALDORANDINUS**, eos divites dicebat, non qui bona possident, sed qui boni sunt, solam Sapientiam veras divitias reputans. *Hent. Parnes. Beyerlinck supra.*

**IDEM** Sapientes vocabat Prometheos, id est, hominum architectos: Ignis, inquiebat, Promethei doctrina est: qua rem ex homine truncus, & addita, è trunco redditur homo. Sapienter, & doctè *Laert. 2.*

**NIL dulcius est, bene quam munita tenere**  
*Edita doctrina sapientium templa serena:*  
*Displicere atque quævis alios, passimque videre,*  
*Errare, atque viam palantes querere vite.* *Ibid.*

**\* SAPIENTIAE DONUM QUI ACCEPERINT.**

**EX S. SCRIPTURA.**  
**ADAM** Protoplastus, cum à perfectissimo Deo perfectus homo fuerit creatus, sapientem quoque fuisse oportet. Cujus

quidem indicia manifesta dedit, quando animantibus omnibus nomina apta, & illorum naturæ convenientia indidit: Eam cum rei naturam proximè exprimeret, non cujusvis est (ut in Cratyllo docet Plato) nomina imponere: sed ejus tantum, qui rerum essentiam optime perspectam habet. *Ex Genes. cap. 2.*

**SALOMON** an. 12. in Regem electus, in somnis à Deo quidquid vellet petere iussus, non opes, non victoriam, non vitam longinquam petiit, sed sapientiam populos regendi. *3. Reg. 3.*

**EJUSDEM** sapientiam Gentes omnes sunt admiratæ, cujus fama impulsa Nicanna Æthiopum regina Hierosolymam venit, audivique regem nobilis hospes, & quem absens mirata fuerat, præsens venerata est, donavitque amplis muneribus: sed ipsa multo amplioribus aucta, veritatem scilicet adepta, quam tum omnis cæterarum Gentium mirabilis sapientia ignorabat. *Sab. lib. 1. cap. 3.*

**HISTORICA.**

**ALPHONSUS** Aragonum Rex hujus sapientia prætium nequaquam ignorabat. *Vide supra in Apoph.*

**HOC** sapientia dono exornatus fuit **B. ANTONIUS** Magnus, à quo sic **D. ATHANASIUS**; Erat, inquit, valde sapiens: & hoc in se mirabile habebat, quia cum literas non didicisset, ingeniosissimus, & prudentissimus, immobilis, & mansuetus erat, Aliquando enim philosophi duo Genesiles venerunt ad eum, putantes Antonium se posse decipere: erat verò in superiore monte. Quos cum vidisset, Paganos esse intellexit ex vultu: & procedens ad eos per interpretem ita cepit loqui: Quam ut tam longè ad stultum hominem venirent, sapientes esse vixare voluerunt; illis dicentibus, non esse illum stultum, sed & nimium sapientem, vigilanter respondit: Si ad stultum venisset, superflua esset labor vester: si autem putatis, me sapientem esse, & sapientiam habere, bonum est imitari, quod probatis, quia bona convenit imitari. Si ego ad vos venissem, vos imitaret: sed quia vos ad me quasi ad sapientem venistis: estote, sicut ego sum, Christiani. Abfecerunt philosophi, utrumque mirantes, & acumen ingenii, & demonum expulsionis. *D. Alban. in vita ejus.*

**ADMIRABILI** quoque sapientia munere insignis fuit **PULCHERIA** Augusta Theodosii junioris foror: ea enim nondum decimum quintum ætatis annum egressa, supra ætatem sapientissimum, ac divinum spiritum accepit, & primò virginitatem suam Deo dedicavit, & sorores quoque id idem vitæ genus instituit, ne forte virum quendam alium imperio subducere, sed potius omaem amulationis, & insidiarum occasionem amputaret. Ur igitur, ea, quæ constituerat, confirmaret, ac Deum ipsum, ac Sacerdotes, omnesque subditos testes faceret voluntatis suæ, ex auro, gemmisque preciosis admirabile quoddam donarium, & spectaculum omnium pulcherrimum pro virginitate sua, & imperio fratris, sacram mensam Ecclesiæ Constantinopolitanæ dedicavit, idque ipsum, ut cunctis esset pæcipuum, in fronte ejusdem mensæ literis expressit. Fratrem verò potissimum docuit iustitiam, & veram pietatem colere assueti faciens eum crebro orare, Ecclesias frequentare, edes factas Deo constructas, vasis, donariis & ornamentis locupletare; Sacerdotum ordinem, si mulque viros bonos, qui sub Christianorum legibus optime viverent, plurimi facere: Quinciam nonnullis ejus religionem adulteris dogmatibus, novisque rebus depravare conantibus, ut firmiter ille in statu suo permaneret, ipsa quoque studio, & sapientia sua hoc effecit. *Soro. biff. Eccl. lib. 9. c. 1. & Mæoph. lib. 14. c. 2.*

**B. CATHARINA** Senensis ante decimum ætatis suæ annum missa aliquando fuit à matre ad pastorem parochiæ suæ rogatura, ut Missæ sacrificium faceret in honorem S. Antonii: deditque ei creos, & nummos, quos poneret in altari. Paruit Catharina, libenter exequens ea, quæ cederent ad honorem Dei. Mora autem illius Matræ displicuit: itaque ut ruborem ei afferret, Maledictæ sint, inquit, linguæ, quæ te nunquam redituram afferbant ( Sic enim illis in locis vulgò solent dicere. ) Puella sapiens, ut audivit matrem ista dicentem, paulisper conticuit: deinde seorsum illam ducens, cum multa maturitate, & modesta ita locuta est: Domina mater, si me quandoque videris ita justa negligentem, cædas me virgis, quantum visum erit: id enim dignum, & justum est: sed quæto ne propter meas culpas cupiam unquam maledicas: nam neque tuam id decet gravitatem, & me summo animi moreore afficit. His auditis mater incredibiliter admirans pusillæ filiolæ tam sapientem admonitionem, non tamen volens id eam intelligere. Cur, ait, tam

tandiu illic hæssi; Respondente ea, se Missam auscultasse, A quam ipsa celebrari mandasset, moxque inde revertisse domum mater amplius ædificata, totum merito retulit. Ille vero gratias agens Deo rem tacitus considerabat. *Raimund. à Capua. in vita ejus apud Sur. 29. tom. 2.*

De CAROLO V. Casare multa narrantur sapienter dicta, & facta. Anno 1540. inveniunt, per Galliam in Belgium contendens, Luteriam Parisiorum ingressus, gravi, & celebri oratione exceptus est, exquisitas omnium virtutum summi Imperatoris laudes e tribuente. Oratori paucis verbis respondens dixit, Gratam sibi esse Regis affinis erga se benevolentiam, sed laudes illas sibi tributas arbitrari tot esse commonefactiones: Qualis esse debet.

Item Antonio Leva, & aliis Ducibus Julii Cesaris, & Alexandri exempla laudantibus, nec Carolum uni suis victoriis ad potentiam, & magnitudinem suam amplificationem, quantum, & poster, & deberet querentibus. Respondit: Alexandro, & Julio bellis gerendis unum fuisse finem, honorem, & gloriam; Christianis autem Principibus duos esse propositos, honorem, & animæ salutem.

In Comparando exercitum, ipse se caput fumere ab Italibus brachia, & manus ab Hispanis, pectus à Germanis, ventrem, & pedes à reliqua gentium colluvie dicebat. Item: Nervos belli esse pecuniam, commعات, milites. Verum si ex his aliquo carendum esset, militem veterantum se electurum esset, ejus industria, & fortitudine, reliqua duo se ex hoste comparaturum consideret.

In castris ad Wittebergam cum de Hispanorum crudelitate, & libidinis enormia quædam ipsi significata essent: Profectus, inquit, si quod aliquando mihi accidit ingens infortunium: propter istorum nebulorum scelera accidit.

In postremo ex Germania discessu, Ullingæ ventos navigationi idoneos expectans, & in multam noctem cum Seldio fratris Ferdinandi Legato locutus: cum ex familia in atrio partim dilapsa, partim dormiente, dato nola signo, nullus appareret, Carolus ipse Lychnum Seldio quantumvis neganti, & excusanti, præfert, ejusque per gradus deducto. Hoc tibi momentum, ait, Cesaris illius Caroli habeto, Seldi, tot exercitibus, & excubiis quondam stipati, quem nunc solum, & familiaritatem deserunt vides: & cui tu tot annos servisti, is nunc tibi etiam servit, & lumen prætulit. Dixit etiam in postremis illis congressibus, Seldio se in hac mutatione suæ fortunæ agnoscere potentiam Dei, cui nequaquam velit repugnare.

*D. Cisterius orat. de Caplo V. Imperatore.*

\* HIEROGLYPHICA.

Veluti Fortunam rotundo lapidi insidentem pingere veteres instituerunt, ita Sapientiam in quadrato statuebant, ex hoc hieroglyphico volubilem illam: hujus verò firmam, & inconcussam indicantes. *Pier. Val. l. 39. pag. 381. B.*

Sanè verò cum Minerva consiliis, prudentiæque Dea diceretur, aliquot ostentis. *Nodus* sapientiæ signum fuit: ut quæ in Hieronis privati adhuc hominis hasta confedisse conspècta est primo bello, quod inquit: nam haruspices hinc cum cautum in consilio futurum prælixere id, quod sapientissimum totius ejus vite regimen comprobavit. *Idem lib. 20. pag. 188.*

\* QUÆDAM DOGMATA, ET INDICIA SAPIENTIÆ.

Primò, sicut mundus undique teres, ac rotundus sibi condit: ita sapiens nihil extra se querit, seipso contentus. Rursum autem Halcones, teste Plinio lib. 10. cap. 32. media etiam heme mare tranquillum præstant, non sibi solum, sed aliis quoque: ita Sapiens turbatissimis rebus non solum ipse tuebatur animi tranquillitatem, sed & alios concitatos componet, ac sedabit.

Secundò, sicut, teste Plin. lib. 11. c. 2. in culice non minus admiranda vis est, quam in elephante: ita sapientia in maximis pariet, ac minimis negotiis magnum virum ostendit. Ingenii enim vis, etiam in ludicro, ac humilit arguendo clucet. Uti enim bonus artifex è quavis materia simulachrum fingit: ita sapiens quamvis fortunam semper administrat.

Tertiò, ut cochleæ, teste Plinio lib. 9. cap. 32. lentè ingrediuntur, nec quicquam attingunt, aut ulquam se movent, nisi cornibus præterantur: ita sapientem oportet esse cunctabundum, minimèque precipitem, & pedetentim aggredi gustu quodam prius lumpto. Sicut enim aquilo initio vehemens, definit lenior: contra autem initio lenior, definit vehementior: ita qui præcipites magno impetu aliquid aggrediuntur, fr-

gescunt in progressu. Contra, qui consilio aliquid suscipi, progressu operis magis accenduntur.

Quartò, sicut quo directus nos ferit Sol radiis suis, hoc minor est umbra nostri: quo verò obliquus: hoc magis increscit umbra corporis: ita quando plus quisque sapientis est verè sapientia, hoc minus magnificè de se fecit: quo longius abest ea, hoc se magis dilatat stultissima persuasione sapientia.

Quintò, uti indomita, ait Plinius lib. 37. cap. 4. vis est adamanti, unde & nomen accepit, adeò ut nec calecat igni, nec ferro cedat, quin & istum ita respuit, ut ferum simul, & incudes dissiliant: sic sapientis animus adversis omnem fortunæ faventis impetum invictus est. Ut grandio illa testis distulcat, magno quidem fragore, sed nulla noxa: sic insultus fortunæ nihil potest in sapientem. Atque hinc est, quod veteres, fortunam rotundo lapidi insidentem, sapientiam in quadrato statuerunt, illam volubilem, hanc inconcussam significantes, uti modo diximus ex *Pierio Val.*

Sextò, ut Deus plurimum sapiens, & intelligens minimum loquitur: ita sapiens non nisi necessaria loquetur. Sapientia autem Dei in gubernando hoc universò, attingit à fine usque ad finem fortiter, & disponit omnia suaviter. Vis optimè regere ut Deus, fortiter, & suaviter. Unde hanc sapientiam impensè postulat Salomon à Deo *Sapient.*

*Horatius lib. 1. epist. 1.*

*Ad summum sapiens uno minor ex Iove: dives, Liber, honoratus: pulcher Rex denique verum.*

PLATO beatas fore Respublicas dixit, si vel sapientes eas regerent, vel earum rectores sapientiam studerent.

Sapere, inquit *Aristoteles*, principatibus est.

Et *Apulejus*: Sapiens, inquit, nec in secundis rebus effectur, nec contrahitur in adversis.

Sapiens ad omnem incursum munitus, & intentus est: non si paupertas, non si luctus, non si iniquitas, non si dolor impetum faciat, pedem referet. Interitus contra illa ibit, & inter illa Sapiens plenus est gaudio, hilaris, placidus, & inconcussus cum Diis ex parvi viti. *Seneca epist. 60.*

Et *epist. 77.* Præcogitanti malis mollis iustus venit. Sapiens affuecit futuris malis, & que aliis diu patiendū levia faciunt: hic levia facit diu cogitando.

Sapientes sunt, qui & negotia dextrè obire, & inter homines versari commode possunt: nec in vita mutationibus perturbantur, moderate ferre norunt tam adversa, quam prospera: *Horatius ad Nicoclem de regno.*

Qui vult sapiens, & beatus esse, audiat Dei vocem, discat iustitiam. Sacramentum civitatis vis noscat, humana contemnat, divina suscipiat, ut summum illud bonum, ad quod natus est, possit adipisci. Summa ergo sapientia est in hoc uno, ut homo Deum cognoscat, & colat. *Laërtius lib. 3. c. 30.*

Prima sapientia est vita laudabilis, & apud Deum pura mens, per quam puri puro junguntur, & sancti sancto sociantur. *Greg. Nazianzen. in apolog.*

*Apollo Delpheicus*, teste *Cicero lib. 1. de legibus*. Sapientia, inquit, est *ἡ ἀρετὴ σωφρονιστῆρος*, notæ temperantiam.

Sapientia est ars vivendi, quæ castitiam pellit ex animis, quæ exhorrescentem metum non sunt: quæ præceptrice in tranquillitate vivi potest, cupiditatum ardore restincto: Item, Sapientia est vincere iram, vincere seipsum. *Cicero libro 1. H. de senibus.*

*Idem 5. Tusculan.* Sapientia, ait, nihil potest videri magnum in rebus humanis, cui æternitas omnis, totiusque mundi nota sit magnitudo.

Sapiens animus magnitudine consilii, tolerantia rerum humanarum, contempeptione fortunæ, virtutibus omnibus, ut moenibus septus, vincit, aut expugnari non potest. *Cicero paradox. 4.*

Et *Tusculan. 4.* Vir temperatus, constans, sine metu, sine ægritudine, sine libidine, is est sapiens.

Recte *Poeta*: *Virtus cui sapit, ille sapit.*

Sapientia, ait *ARCHITAS*, est cognitio rerum divinarum, & prudentia rerum humanarum, & eorum, quæ ad vitam spectant.

Iustorum sapientia est, ait *Gregorius 10. Moral. cap. 27.* nihil per ostentationem fingere, sentium verbis aperire, vera ut sunt diligere, falsa devitare, bona gratis exhibere, mala libenter tolerare, quam facere, nullam injuriæ ultionem querere,

querere, pro veritate contumeliam lucrum parare. Sed hæc Iustorum simpliciter irridetur. Quid namque stultius videtur mundo, quam mentem verbis ostendere? nihil machinatione callida simulare? nullas injurias contumelia reddere? pro maledicentibus orare? paupertatem querere? possessa relinquere? rapientium non resistere, percutientium maxillam alteram præbere?

ALEXANDER Magnus videns Diogenem in dolio recumbentem: O vas, ait sapientia refertum! Diogenes vero sapienti nihil deesse, hoc syllogismo colligebat. Amicorum omnia sunt communia. Diis nihil deest: sapientes sunt Deorum amici: ergo sapientibus nihil deest, sed eorum æquæ ac Deorum sunt omnia. Sed eodem Syllogismo reitici poterat petens aliquid: Cur petis habens omnia? at respondisset: non peto, sed repeto. *Isa Laert. lib. 6.*

ARISTOTELES dicebat sapientem sibi sufficere, eo quod omnia, quæ sunt aliorum, sunt & hujus, qui cum omnibus habet amicitiam, & communionem.

SOCRATES agebat, mentem sapientis esse templum, ejusque os ostium. Sicut enim tempus ostio aperit pulcherrima simulachra perspicitur: sic ex ore sapientis animi simulachra illustra perveniunt.

PHILO lib. de Abraham: Sicut, ait gubernator in navi, magistratus in civitate, imperator in exercitu, anima in corpore, mens in anima: sic revera primus est sapiens in humano genere, estque quasi Sol in mundo.

\* Sapor.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

SAPOR *Græcè ζῆλος*, definitur à *Theophrasto lib. 1. cap. 6. de causis plantarum*; partis sicca, terreneque in humore commistio.

Plenus, & exactus *Aristoteles*, in lib. de sensu, & sensibili c. 4. Sapor est affectio in humido aëque, facta à sicco terrestri, & calore depresso gustatum, qui in potentia est, ad actum per alterationem deducens. In qua definitione, non solum materia, & causa efficiens faporem exprimitur, de quibus paulò ante; sed etiam forma, cum sapor dicitur affectio, & finis, cum additur, deducens gustatum, &c. Alteratio enim, qua sapor potentiam movet, finis faporis est.

QUÆ CONCURRANT AD GENERANDUM SAPOREM.

Relicta sententia Empedoclis, Anaxagoræ, Democriti, & aliorum, de qua *Aristot. in lib. de sensu, & sensibili c. 4. Theophrast. lib. 6. de causis plantarum c. 2.* alique auctores, afferendum cum *Alberto in summa de homine, & de sensu, & sensibili c. 2. Apollinaris in lib. de anima q. 29. Garbio in summa q. 71. Contareno 5. de elementis, Conciliatore differ. 145. Marcello 3. de anima d. 80.* post Aristotelem loco citato, tria potissimum concurrere ad saporum generationem, videlicet siccitatem terrestrem, aëquam humiditatem, & calorem.

Intervenit siccitatem terrestrem demonstrat experientia in rebus sapidis. Debet autem ejusmodi siccitas esse terrea non ignea; quia siccitas ignea, est in materia nimium tenui, atque ita evanida est, ac partium apta ad gustum afficiendum, qui ut unus est est sensibus magis crassa, concretæque nature, ita objectum in materia crassiore exigit.

Quod verò humor ad gignendum saporum etiam confluat, inde patet; quia multa corpora tunc sapidissima sunt, cum humore irrigantur.

Debet item hoc humidum esse non acreum, sed aëqueum, quia in eo tantum humidum, quod olendi vim habet, atque adeo compactam, denfamque materiam obtinet, sapor excitatur: tale vero ordinariè est humidum aëqueum, non acreum, quod facile evanescit.

Rursum oportet ad ortum saporis humidum sicco dominari, quia ut odor magis in sicco, quam in humido: ita sapor magis in humido, quam in sicco consistit.

Postremo requiritur ad saporum procreandum calor; quia sapor non nisi præente sicco, atque humidi concoctione, per quam humidum cum sicco apte commiscetur, oriri solet: hæc autem concoctio, vi, ac ministerio caloris fit. Unde videmus saporum frigore interire; quia frigus concoctionem impedit. Certum item fructus in locis frigidis amariore esse, &

ubique terrarum accremento caloris, amariorem exuere, & dulcescere. Porro, cum ad saporum tria illa concurrant: siccum, & humidum, rationem materiz subeunt, calor vicem causæ efficiuntis.

SPECIES SAPORUM.

Amplenda est sententia Aristotelis, qui octo species saporum numerat (cui non valde repugnandum sit, si, qui plures, minutius concidendo: vel pauciores, generalius loquendo, species constituant) nempe dulcem, amarum, pinguem, salum, acrem, acerbum, acutum, acidum.

Dulcis in melle, v.g. ficibus, & uvis maturis sentitur.

Amarus in bili, oppio, absynthio, & gamista.

Pinguis in butyro, lacte, & oleo.

Salus in sale, & aqua marina.

Acet in pipere, & allio.

Acerbus, qui & ponticus, & stypticus, sive astringens appellatur, in immaturis pomis, in fructibus myrti.

Acidus in oleis.

Acutus in aceto, & raphano. Ex his saporibus docuit *Aristoteles* pinguem hæere dulci, id est, posse ad dulcem revocari, & salum ad amarum; non quod specie conveniant, sed propter majorem cognitionem, quam cum his habent.

Sapor acerbus est, cum quæcunque ingreßa sunt venas, quæ circa linguam sunt ad rariore, & teneras partes illabentia, dum terrestri quadam illorum pars colliguescit, venæ contrahuntur, & exsiccantur: si sunt asperiora, fit, ut dixi, sapor acerbus: si minus aspera, austerus. *Plato in Timæo.*

Sapor amarus fit, cum ea, quæ extergunt, & circa linguam, quidquid est eluunt, si ultra mediocritatem id faciunt, & insuper quid assument, & corripunt, adeò ut etiam de natura ipsius aliquid eliquent, qualis est nitrorum facultas, et sic cum moderatione utuntur, & nitri habitus inferiora sunt citrà amaritudinem asperam, & magis grata apparent, sitalsus sapor. *Idem ibid.*

Sapor acris fit, cum quæ oris caliditate participant, & ab ipso levigata effervescent, & rursus vicissim, id quod calefactis accendunt, & urunt, & præ levitate sursum, & capitis sensum feruntur, & siccant omnia, quæ ipsis occurrunt. *Plato in Timæo.*

Sapor acidus fit, cum acria præattenuata sunt à putredine, & in angustas venas, & partes, quæ istis insunt terrestres, & eas, quæ moderatum acrem habent, ingrediuntur: ita ut motu suo efficiant, ut illæ inter se obvolvantur, & in alias ingredientes, alias causas efficiant his, quæ ingreßa sunt circumtenfas, nimirum humectantes circa acrem cava circumtenfa aliquando, puta, quo humida pura aeris, aquæ cava, ac rotunda siant, & quæ quidem ex pura humiditate sunt, pellucida consistant, bullatum nomine appellata, quæ verò ex terrestri, quæ simul movetur, elevatur, bullitionis, & fermentationis nomine nominatur: quæ affectionum causæ, ut dictum est, aciditas appellatur. *Plato in Timæo.*

Sapor dulcis fit, cum ingreßorum compages humida linguæ habitui ex natura cognata existens levigat obliuens exasperata: quæ verò præter naturam comparata sunt, laxat, & quæ diffusa sunt, contrahit, & omnia quam maximè secundum naturam firmat, ita quidquid ejusmodi est, incundum fit, ac gratum, & omnium violentiorum mèdela. *Plato in Timæo.*

SAPORES EXTREMI.

Non parva distantia est, quinam sint extremi saporis. Aristoteles, quia de saporibus differbat, secundum propriam ipsorum rationem, videlicet quatenus gustatum movent, redè extremos saporis constituit dulcem, & amarum; quia maxime contrario modo potentiam afficiunt. Sapor enim dulcis optime sensum afficit, amarus deterrimè, quia ille oritur ex optima temperie, hic contra. Nam cum saporis sicut ex passione humidi à sicco terreo per caloris concoctionem, ii erunt perfectissimi, qui absolutissimam humidam concoctionem sortiuntur, ut dulcissimi perfectissimi, qui pessimam, ut amarus.

\* Sarraceni.

EORUM ORIGO, ET PROGRESSUS.

SARRACENOS populos ortum habuisse à Cedar Ifraelis filio *Gen. 25. colligit Perer. in c. 10. Gen. l. 15. n. 17.* Probabilis alii à Sarraca Arabia civitate versus desertum illud, ad austrum verò versus mare rubrum sita, nomen sortitos arbitrantur. Fuit olim gens færa, & bellicosa, quæ an. 630. regnante Lothario II. in Germania, & Hætelio Imperium Romanum mode-

moderante, Perfarum regno potita fuit, illudque Imperio Romano subiecit.

Verum cum quaestores Imperatoris Heraclii eis stipendia negarent, immo conivitis lacesserent, defecerunt a Romanis, ac Ducem sibi elegerunt *Mubamad*, quem nos Mahometum vocamus. Is peculiarem eis religionem, & leges praescripsit, & aliis quatuor Ducibus constituit Romanis Persiam eripuit, ac praeraris postmodum victoriis portu, Syriam, & Hierosolymam, Aegyptium, totamque Africam occuparunt.

CHRISTIANORUM EXPEDITIONES ADVERSUS EOSDEM.

Prima expeditio ex Europa, & Germania in Asiam adversus Sarracenos suscepta, incidit in annum 106. Quae magna, & memorabilis fuit expeditio, ingens militum multitudo in ea fame confecta perit. Prima clade in Iudaeos saevitum fuit. Turcae eo tempore adversus Sarracenos Christianorum partes sequuti fuere. *GODEFRIDUS* Bullionis Ducis Antuerpiae, & *Geldricus* virtus in expeditione ea potissimum enituit. Is Hierosolymam, Antiochiam, Syriam Sarracenis eripuit, & Hierosolymam sibi fuitque, postea regno sedem constituit. *Bojaris Dux* *VVOLFANGUS* huic cum interesset expeditioni, in Cyprum concessit.

Altera expeditio adversus Sarracenos facta est anno Christi 1147. Interfuerunt expeditioni isti Imperator *CONRADUS* Bavarus, Rex Francorum *LUDOVICUS*, *ROGERIUS* Neapolis, & Siciliae Rex, alique complures Principes, & Episcopi. Dui in oppugnatione Damasci detenti fuere; verum nihil aliud effectum, nisi quod pecorum more catervatim ex commeatu penuria homines interirent. Eidem expeditioni interfuerunt *Fridericus* Suevorum Dux, *Henricus* Bavarie Dux, qui postea infeliciter Imperium affectavit, frater ejus *Otto* Episcopus Frisingensis S. Leopoldi filii, *Comites* *Bogenfes*, *Rettenburgenses*, *Burchhaufenses*, *Ratisponenses*.

Tertiam adversus Sarracenos expeditionem suscepit *FRIDERICUS* Barbarossa, multos sibi conjunctos habens Principes, Satis felices ejus fuerunt conatus, nisi fata tantum Principum Imperio invidissent. Imperator fluminis vorticibus abreptus, perit: Magnam exercitus partem pestilentia absumpsit. Imperator ne se absciret *Respub.* estet *249201*, Imperium commisit filio *Henrico*. Filius alter *Fridericus* Suevorum Dux expeditioni interfuit. Anno Christi 1189.

In Asiam simul adversus Sarracenos tum arma moverunt *PHILIPPUS* Francorum, & *RICHARDUS* Anglorum Rex. Verum contentione inter eos orta *Philippus* omnis hostibus, domum revertitur, hostilemque in Angliam facit impressionem. Qui motus domum etiam Anglorum regem revocant, sed is *Vienne* Austriae captus, *Ratisbonam* captivus ad *Henricum* Imperatorem deducitur. Anno deinde Christi 1198. Imperator *Henricus* *Friderici* filius ingentes copias Duce *Epif-*

copo *Moguntino* ex Germania in Asiam adversus Sarracenos tranfmisit. Sed & hac vice nihil profectum. Fuitque hac quarta expeditio, cui interfuerunt Rex *Ungariae*, *Duces* *Saxoniae*, *Bojariae*, *Austriae*, *Brabantiae*, *Turingiae*, & complures Episcopi.

Quinta expeditio incidit in annum Christi 1218. Interfuit ei *LUDOVICUS* Bavarie Dux, & *Palatinus* *Rheni*, praeter multos, & *Comites*, & *Principes*.

Anno Christi 1229. Imperator *Fridericus*, ejus nominis secundus, Rex *Siciliae*, *Neapolis*, & *Hierosolymae* adversus Sarracenos expeditionem movet. Prospero quoque usque successu *Hierosolymam*, & *Palastinam* occupavit, & in eas Sarracenorum angustias rediebat, ut pacis leges peteret, & ex praescripto Imperatoris acciperet. Pontifex interim in absentia Imperatoris regnum Neapolitanum irruit anathemate Imperatorem ferit, sicque eundem ad sua defendenda, domesticaeque calamitates propulsandas revocat.

Circa haec tempora Tartarorum imperium exortum est, quod maximas elades toti Europa, Asiaeque intulit. Pontifex enim adversus Imperatorem evasente; interim Tartari in Ungariam, Bohemiamque impressione facta, maximam hominum multitudinem una cum *Henrico* Duce *Siciliae* trucidarunt: Utque gloria possent de castrorum numero, singulis cadaveribus aurem abicere, novemque faccos auribus castrorum impleverunt. Rex *Ungarorum* fuga elapsus salus consuluit. Pontifex in Imperatorem, Imperator in Pontificem culpam transferebat, interim miserandae hominum turbae misere pereundum fuit. Nec longè post, dum Pontifex adversus Suevorum Duces de regno Neapolitano, & Siciliae bellum movet, Gallique adversus Germanos, adversus Gallos verò Hispani bellarent, interim Sarracenorum Reges *Bondogober*, filiusque ejus *Melchisait* per universam Asiam, & Syriam Christianorum nomen delent.

Anno Christi 1249. Rex Francorum *LUDOVICUS* una cum fratribus suis *RUPRECHTO*, & *CAROLO*, cum magnis copiis adversus Sarracenos per mare profectus est. Verum praelio captus a Sarracenis, quicquid ceperat, restituere, seque captivitate redimere coactus fuit.

EXTIRPATIO.

Anno Christi 1299. Sarraceni, & Tartari armis sese mutuo atterebant. Tartari superiores Sarracenos pellebant, Hierosolymam potiti. Sub idem tempus inter Pontificem, & Imperatorem diffensiones erant. Francorum Rege adversus Imperatorem Pontificem defendente, *Quemadmodum* etiam ipse Imperator *Ludovicus* *Monaci* sepultus scripto edito conqueritur. Interim Turcae in suam rem intenti bell. confissimum *Ducem* *Othomannum* sibi Regem eligunt, is Sarracenis, Christianisque pulsus, novo imperio haud infirmum fundamentum fecit. Hujus episcopus successorum ductu Turcarum vires ita creverit, ut non solum per Asiam, & Africam, sed etiam magnam Europae partem rerum ipsi potiantur.

\* VETERES SARRACENORUM REGES, QUI IN ASIA, AFRICA, HISPANIA, PERSIA, AEGYPTO, SYRIA, PALAESTINA VETERES illos Christianos passim trucidarunt, & extirparunt.

Numerus Regum.	Anni Regni.
I. MAHUMATH primus fuit Sarracenorum Rex, Dux, & Propheta, mortuus anno, Christi 633.	
II. EBENEHOR.	
III. HAUMAR.	3.
IV. HOTHMAN.	12.
V. HUBAVIAS. Hic Insulam Siciliam bello adortus diripuit. Hicce temporibus circiter annum Christi 680. infideles Bulgaros, transtio Danubio, & Savo in Romani Imperii fines impressione facta, ingentem cladem Christianis affercbant.	30.
VI. GIRITH.	25.
VII. MARVAN.	1.
VIII. HABBALON.	1.
IX. HEDIMBLECH.	1.
X. ULID.	22.
XI. ZULEMAN. Hic Constantinopolim anno Christi 719. in tertium annum obfidio pressit. Mortuus in castris obfidioni finem attulit.	10.
XII. HAUMAR. Circa haec tempora anno Christi 722. Sarracenorum Dux <i>Habbitham</i> , filius <i>Muham</i> , in Hispaniam irruit, eamque trucidatis Christianis, Gothis, &	3.

Regnavit.

Nume.

Numerus Regum.	Anni Regni.
A Suevis, qui annis trecentis, & quinquaginta ibi regnarant, occupat, Romanisque adeptam Sarracenis subiecit, quam illi deinceps tenere, donec tandem a Ferdinando Rege Hispaniarum materno avo <i>Caroli</i> V. ejecti fuere.	
XIII. GIZID.	3.
XIV. ELVELID.	20.
XV. GIZID.	1.
XVI. HISGENS.	1.
XVII. MURHAN.	6.
XVIII. MUHAMAT.	5.
XIX. HABBALAS. Hic Christianos graviter afflixit. Regnavit circa ea tempora per Germaniam <i>Pippinus</i> . Gracii etiam Imperatores adversus Sarracenos, quorum potentia erat formidabilis, validas conscribere copias, anno Christi 462.	
XX. MADY.	19.
XXI. MOSTECH.	9.
XXII. ACHERON. Mostechi frater.	2.
XXIII. MAHAMATI. Cum his duobus <i>Carolus Magnus</i> perpetuum inivit pacem missis Legatis in Persiam usque, ut Christianorum salutis, & quieti aliquo modo confuleret.	2.
XXIV. HABBALAS.	5.
XXV. MUHEMETH. Hic Turcarum auxilia sibi accessit, eorumque auxilio ingentia bella gessit. Orto deinde dissidio inter Turcas, & Sarracenos, Turcae Sarracenos magnis cladibus affectos oppreserunt.	17.

Regnavit.

Anni Regni.

40.

Quibus temporibus Sarraceni Italiam, Romam, Siciliam, regnum Neapolitanum, urbem maritimam *Genavam* magnis frequenter cladibus, circiter annos centum quinquaginta affecerunt. Nostri Imperatores interim, & Reges, Imperator *Lotharius* I. filius ejus, Imperator *Ludovicus* II. *Lotharius* II. Imperatoresque *Saxonici*, *Ottones*, & *Henrici* crebras in Italiam expeditiones fecere, ut eam e manibus Sarracenorum liberarent. Normannos etiam infidelibus illis Sarracenis oppofuere. Qui Sarracenos quidem profugarunt, verum a Romanis Imperatoribus, & Pontificibus deficientes, sibi ipsis in Sicilia, & Neapoli regnum constituerunt, donec Imperatores illi *Suevici* armis, in ordinem, & potestatem suam eos redigerent. Et licet Imperatores nostri in reprimendo infidelium Danorum, Vandalorum, Hunnorum impetu fuerint occupatissimi, Italiam tamen praeflam haud patiebantur. In castris, & armis vitam semper debebant, nec prius quidquam habebant, quam hostium furorem compefcere.

Satelles. Satellitium.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

SATELLES, miles mercede conductus, a latere principis, & custos Caesaris: Græcè *δορυφόρος*, Hebraicè *Schoter*, sceptriger, qui gestat virgam, seu baculum. De Satellite, & de magistratu, seu praefecto etiam intelligitur. Satelles item dicitur, qui fontibus capiendis praestit, qui & apparitor, & viator dicitur. *Horatius* de virò probo dicit, quod videtur, & est, *Virtutis verae custos, vigiliusque satelles*.

\* SATELLITES NON ADHIBERE.

EXEMPLA, ET APOPHTHEGMATA.

AGASIDES dicebat posse quemvis principem, & regem sine satellitio regnare, quicquid subditis imperaret, ut filius pater. *Plut. in Apoph.*

Albertus Austriae Dux (qui mortuo *Sigismundo* Caesare, cujus erat gener) regnum Hungariae, ac Bohemiae cum Romano Imperio suscepit, cum diceret principes amore civium cautos esse oportere, *Sigismundus* Imperator respondit. Et fida custodia infortunium excludit. Docuit autem Imperator potentissimus, non satis esse, ut principes fidos habeant subditos: sed addendos etiam esse satellites, & corporis custodes, praefertim in florentiori aetate. *Aeneas Sylvius lib. comment. de reb. gestis Alphonfi.*

Alphonfus castigatus ab aulicis suis, quod regiae majestatis oblitus, sine satellitibus, & satrapis prodiret in publi-

cum: Non opus est, inquit, utiple multum sibi timeat, qui neminem habet, quem ita laeserit, ut aliorum etiam manu sic defendendus. Ostendit autem, supervacaneam esse satellitium turbam, si quis ita se erga subditos gerat, ut ubique sine injuriae timore solus esse possit. *Tanor. lib. 2. de Alphonfi reb. gestis.*

THOMAS Pontanus subinde dicere solitus est: Amorem quidem inermem incedere, dormire autem loricatorum. Notabat autem principes, qui licet benevolentiam, & amorem suorum non ignorent, habent tamen nocturno praecipue tempore, qui armati propè custodias agant, ut extra omne periculum somnum dulcissimum capiunt. *Jacob. Spieg. in secundo Aeneas Sylvii librum de reb. gestis Alphonfi.*

Eundem ALPHONSUM qui supra, dicere solitum accepimus, cum solus quandoque obambulare: Non est timendum ei, qui civium suorum benevolentiam perspectam habet. *Ibid. & Beyerlinck in Apoph. Christian.*

Uno adhuc domestico exemplo adjecto hunc cursum sistam. Erat *GODOFREDUS* Bullionius, ille, qui religionis ergo terrae sanctae penetralia propugnavit, creatus tandem totius Palaestinae Rex, postquam Antuerpiae XI. Canonico- rum collegium instituisse, & XI. Equites renuntiasset; ad quem dum palaeum sacco insidentem venissent Barbarorum legati, obstupere, quod nullo satellitio, nulloque apparatu tantus Princeps sederet, quibus ille: Terra satis superque mortalis corporis sedem praestit; cui vita functo tam longum est praebitura domicilium. *Ex Guiliel. Tyrio lib. 9. Hist. 5. Beyerlinck supra.*

SATELLITES CUSTODES CORPORIS ADHIBERE, &c.

Exempla pete quaedam de Titulo Eorum, qui infidiarum metu corporis custodes adhibuerunt. *Ulic Metus, hic Custodiae habetur ratio.*

Davidis regis custodiarum corporis praefectus fuit *Banajas* *Joadiaz* F. qui praefect Cerethais, & Phelethais. At seniores filii Davidis intimi custodes erant. 2. Regum 8. & *Joseph. Antiquitatum lib. 7. cap. 5.*

David Rex exercitum suum divisit in XII. Cohortes (cohors autem constabat ex 24. millibus) & quamlibet cohortem triginta diebus Salomonem F. regem jam unctum comitari, & custodire jussit. *Josephus libro 7. Antiquitatum, cap. 15.*

ZOROBABEL Salathielis F. Dux Judaeorum, Cyri Regis permisso in patriam redeuntium, templum, & urbem restaurare

rate cepit. Cyro mortuo, cum Cambyfes opus intermittere...

TYANES fatellices Junonis regina Cretensium. Vide Tit. Superstitio sacra, multa, ridicula.

TAUROS ignem efflantes Diodorus Siculus scribit Aetæ Regis custodes fuisse, quos ex Taurica adductos, ob immane corporis robur, & animi ferociam Colchi nomine Taurorum appellarunt.

Apud Aegyptios CALASIRIM Milleni, & Herimothymbium, circa Regem fangebantur annuo Satellitium muneribus...

Græci δροφίπυια vocant satellitium illud ex BARBARORUM saepe conductum, quod olim tyranni ad custodiam corporis adhibebant...

Perfarum Reges trecentos sexagintaque JUVENES punicis velatos amulicos, pro numero dierum totius anni, qui lateri assentent, promptos, & expeditos habuere.

DARIUS Hystaspis F. fatelles Cambyfis regis. Inde occisis Magis, Rex Perfarum factus. Herod. lib. 3.

ARTABANUS Xerxis stiparum perfidus. Vide Tit. Politicum quemvis magistratum aliud comparare.

DATAMES fatelles Artaxerxis. Vide Tit. Duces, Reges, Imperatores fortis.

PAUSANIS Philippi Macedonis fatelles. Vide Tit. Consulatum Parthiorum.

SATELLITES Alexandri Magni 30. millia Perfarum. Vide Tit. Certamina glorie ob fortitudinem.

PEUCETES à custodia fuit corporis Alexandri, & propter fortitudinem à rege proventus: Habebat enim maximam partem satrapie Persidis, & summo studio ab incolis colebatur.

ARCHIAS Thurius Dux satellitum Antipatris regis. Vide Tit. Sevitia bellica erga hostes viros.

GELON fatelles Hippocratis. Vide Tit. eorum, Qui obfcuro genere nati, regna obtinuerunt.

Romulus fatellices 300. ex omni iuventute legit, quorum denos singulae Centuria dederunt. Hi circa regem armis excubabant, & CELERES ab exequendi ministerii celeritate, vel à Celere, qui praefectus est illis, sunt postea dicti. Sabell. lib. 2. Ennead. 2.

BARDIAE fatellices C. Marii crudelissimi, à Sertorio jaculis confixi ad quatuor millia. Plut. in Sertorio.

Erat fatello Herodis Regis CORINTHUS, cui fidei Rex plurimum tribuere solitus est. Hunc Syllæus Arabs pecuniis corruptum eò perduxit, ut ei regis sui eadem sit pollicitus. Sed deprehensio facinore, Romam vincens à Saturnio Syriae praefecto missus est. Josephus libro 17. cap. 4. Antiquit.

Erat Herodi Judæorum Regi duo fatellices, JUCUNDUS, & TYRANNUS, grati illi propter robur, ac proceritatem corporum. Hi propter quandam offensam pulli è regia, & inter equites Alexandri Herodis filii stipatores recepti, quod essent exercitissimi, honorabantur pecuniis, aliisque muneribus. Rex de his suspicione concepta, quoniam Alexandrum jam ante oderat, quæstionibus extruciatos fateri coegit, se Alexandri suavis Herodi infidiaturos fuisse, Hierichum...

te igitur à populo lapidibus obruti sunt. Josephus libro 16. cap. 16. Antiq.

Illius Caesar cum totum terrarum orbem subegisset, Romanam reversus, suæ salutis causa HISPANORUM custodes elegit. Quos cum dimisisset fide Romanorum fretus, paulo post occisus est. Qua de re Suetonius meminit. Augustus etiam Caesar in fidei custodiam Calaguritanos elegit, quod idem Suetonius in Octavianæ vita commemorat. Marinus libro 4. verum Hispan.

Augustus quadringentorum GALLORUM Cleopatæ satellitium Herodi donavit, & regionis partem reddidit, quam illa prius occupaverat. Joseph. lib. 15. cap. 11.

Galba elegit equestris ordinis JUVENES, qui manente annulorum aureorum usu, Evocati appellarentur, excubiasque circa cubiculum suum vice militum agerent. Suetonius.

Antonius Caracalla Imper. ex GERMANIS lectissimum quemcum ad custodiam sui corporis acivit. Est & ipse quandoque Germanico habitu confectus, flavam gestans Caesarem, quam capiti multa arte coaptabat, ut Germanicum cultum plenius emularet. Sab. lib. 5. En. 7.

Septem Decii Imp. Satellites. Vide Tit. Mortis violentæ tolerantia.

MAXIMINUS Thrax, qui postea Imper. factus est, prima stipendia sub Severo fecit, inter stipatores corporis sui in aula locatus, & muneribus donatus, quod magnitudine corporis conspicuus, & virtute inter milites clarus esset, Cuspinianus.

Othomannus I. Turcarum Rex, ut regnum sibi, quam maxime firmum faceret, SATELLITES allegit, quos Regis januas, five portas (unde Janizari) nuncupavit: quibus administris subditos facile in officio continuit, cum omnes ad natum impigræ ea, qua Januæ Regis imperarent, obirent. Chalcondylas l. 1.

Turcarum Imperatoris MINISTRI omnes sunt impuberes, eligunturque eximia venustatis in flore ætatis, nominanturque patria lingua Sphajoglani, id est, filii nobilitum. Et secundum varia ministeria varia nomina fortuntur. Quidam sunt dapsiteri, quidam pincernæ, quidam cubicularii, quidam custodes preciorum rerum, quos Haznadior vocant. Cumque annos pubertatis exceperint, majores fortuntur dignitates, juxta virtutes, atque merita. Plerique Provinciarum præfides creantur, plerique custodes corporis Imperatoris efficiuntur. Minus strenui pristinum nomen Sphajoglani retinent: magis stemui Soluphtuarii dicuntur, qui egrediente Imperatore, latus ubique Caesaris stant suis catervis. In una enim parte sunt Sphajoglani, qui sunt circiter mille, & sexcenti: in altare sunt Soluphtuarii, qui sunt circiter quingenti, omnes ex stipendio viventes. Ingre-diuntur præterea quotidie Imperatoris palatium propter aulæ ornamentum filii magnorum Principum, circiter septuaginta, qui appellantur Mutapharachi. Et hi sunt liberi ab omni onere militiæ, & aulæ. Nisi cum Imperator est in exercitu, ipsos quoque militare necesse est: vivunt enim ex stipendio. Habet ad hæc Imperator alios quoque corporis custodes, ex Janizatorum numero electos, optimos sagittarios, qui Solacii nuncupantur. Hi in equis non vadunt, armati tamen phræma brevi, arcu cum sagittis promptis ad idem, pileos in capite deserunt albos, & rectos circulis auris redimitos, & vestimenta succincta: præcipuique sunt custodes Imperatoris, numero circiter septingenti: sunt distincti per centuriones, & stipendio vivunt. Cuspinianus.

Græci Imperatores cum alijs tum præsertim DANIS satellitibus uti consueverant. Saxo lib. 12.

TODESCHENUS fatelles Nicolai Picinini. Vide Titulum, Captivitatem prudenter effugere.

\* Satif-

Satisfactio.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

SATISFACTIO ex notione nominis suat exsolutionem, five actionem illam, qua quis fidem suam liberat, ait Cicero pri Flacco.

Estque actio, qua quis alterum ladens, tantum facit, quantum est satis ad injuriam compensandam, five quantum is, qui est læsus, justè exigit. Unde constat differre restitutionem à satisfactioe, cum restituere sit cessare ab injuria, & respicit damnum reipâ illatum. Unde in Deo locum non habet, qui nullum damnum potest sustinere. Satisfactio verò personam injuria affectam considerat, & restituitur Justitiam.

Loquimur autem hic de Satisfactioe, quæ est tertia Penitentia pars, & definitur actio, vel punitio criminum à nobis commissorum, vel spontè suscepta, vel arbitrio Sacerdotis pro delicti gravitate imposita. In Concilio Tridentinum, Sess. 14. cap. 8.

PARTITIO.

Cum justitia, quæ in actionibus versatur, quamque per satisfactioem restituitur diximus, sit duplex, etiam satisfactio bipartita intelligitur. Alia Justitia est, quæ versatur in absoluta, & perfecta æqualitate, ut cum tantum honoris unus alteri tribuit, quantum ejus dignitas absolute exigit.

Alia est justitia, quæ non consistit in absoluta, & perfecta æqualitate, sed in æqualitate imperfecta, quæ ex pacto, aut donatione, vel acceptatione alterius pendet; veluti cum quis cum honore Principi desert, quem is sibi deserte lege mandavit, licet is honor inferior sit Principis dignitate.

Ita satisfactio aliquando fit ad absolutam, & perfectam æqualitatem; ut cum actio contumeliosa inter duos homines æquales recompensatur per aliam contrariam, tantum habentem honoris, quantum alia habuerit contumelie. Aliquando autem fit ad æqualitatem imperfectam; ut cum is, qui pertulit injuriam decem militum aureorum, satisfieri sibi patitur cessione omnium bonorum, licet ea bona ad summam tot millium non perveniant.

QUALIS INTER DEUM, ET HOMINEM ESSE POSSIT?

Ubi de satisfactioe nostræ quidditate, qualitate, &c.

Conveniunt omnes, inter Deum, & hominem non posse esse justitiam illam perfectam, & absolutam; proinde nec satisfactioem. Quicquid enim sumus, Dei sumus: quicquid habemus, à Deo habemus; cum in eum peccamus, infinitum bonum, quod in nobis est, lædimus: quicquid autem nos habemus, & sumus, ex laqueo est, ac finitum. Quare nisi aliqua acceptatio, aut donatio intercedat, nemo potest illi pro peccatis in eum admissis satisfacere; neque de hac re ulla controversia esse potest, cum etiam Ethnici Philosophi intellexerint, & scripserint, Deo non posse ab hominibus paria reddi.

Imperfecta tamen satisfactio, quæ nititur acceptatione, & donatione ipsius, locum habet in Penitentibus, qua suo modo in æqualitatem justitiæ compensat, amicitia namque inquam præsupponit illa compensatio nisi fortassis de congruo, non ex condigno, ut Theologi loquuntur.

Illud tamen notandum, cum dicimus, hominem Deo satisfacere posse, nos de illa loqui satisfactioe, quæ, ut loquuntur Theologi, ex condigno quidem poenam temporalem expiet, non tamen ex rigore justitiæ. Satisfactio enim ex rigore justitiæ duo requirit: ut satisfiat ex propriis, & ad æqualitatem, nulla scilicet præveniente, aut intercedente gratia ejus, cui debetur satisfactio. Nos autem neque aliquid habemus, quod Dei non sit, neque postumus ullo genere honoris adæquare injuriam, quam Deo fecimus: cum injuriæ mensura æstimetur ex dignitate Dei, quæ infinita est, mensura honoris, quem illi impendimus, æstimetur ex dignitate nostra, quæ est finita, ac percipiua. Nihilominus tamen accedente gratia Dei, eaque multiplici, verè possumus aliquo mo-

do ex propriis, & ad æqualitatem, ac per hoc justè, & ex condigno satisfacere.

Primum enim accedit gratia justificationis, per quam efficiuntur filii Dei, membra Christi, habitacula Spiritus sancti: & hæc ratione opera nostra, ut à spiritu Christi in nobis habitante procedunt, quandam habent infinitatem, ac per hoc etiam quandam æqualitatem cum injuria, qua Deum peccando affecturamus.

Accedit rursum alia gratia, dum Deus, qui nostra omnia sibi jure vindicare potest: non omnia, quæ facere possumus, imperat, sed certa quædam opera dimittit: alia verò permittit non imperat, sed suadet, atque ad ea faciendâ hortatur. Ex qua Dei benignitate illud consequitur, ut habeamus opera propria, & indebita, quibus pro injuria satisfaciamus: quamquam ea est benignitas Dei, ut etiam quæ munera ipsius sunt, nostra esse merita patiatur, & quæ de manu ejus accipimus, sibi donari libenter admittat.

Accedit præterea alia gratia. Nam Deus, cum nos ad amicitiam suam per reconciliationem iterum recipit; à poena, temporales debitorum eramus, æternitatem aufert, ac de æterna temporalem facit.

Ita igitur intelligimus per nostra opera Domino satisfieri, non ex rigore justitiæ, sed gratia ipsius, eaque multiplici præcedente, & comitante, atque id nobis donante, ut habeamus, unde ex propriis, & ad æqualitatem pro poena temporali satisfacere valeamus.

PERMISSA A DEO CULPA, MANERE DEBITUM

POENÆ TEMPORALIS.

Fundamentum satisfactioe Catholicorum circa hujus rei cardinem versatur. Omniumque constans ex doctrina, post culpam remissam, sæpe remanere reatum poenæ temporalis, ut ex Concilio Trident. constat, Sess. 6. cap. 14. & Sess. 14. cap. 12. poenam autem temporalem intelligitur, tum in alia vita, tum etiam in presenti: sed poena alterius vite, proprie peccatis omnibus, & ex condigno debetur, poena autem hujus vite, solum ex congruo (ut sic loquamur) certis peccatis à Deo infligi solet.

EXEMPLA S. SCRIPTURÆ.

Constat ex factis litteris, mortem homini inflictam propter peccatum originale in poenam. Genes. 2. & ad Rom. 5. at quam multis remittitur peccatum originale, & tamen moriuntur? inter quos etiam parvuli, qui statim à baptismo moriuntur.

DAVID post impetratam veniam adulterii, atque homicidii punitus est morte filii. 2. Reg. 12.

Idem ob numeratum populum Penitentiam agit, & à Deo in gratiam recipitur: & tamen post remissam culpam datur illi optio, ut eligat in poenam peccati bellum, famem, aut pestem. 2. Reg. 24.

Exod. 32. sine discrimine multa hominum millia interfecta sunt, propter peccatum adorati vituli: nec tamen credibile est, omnes illos in peccato mortuos esse, cum Dominus testatus sit, se ob Moysis preces peccatum illud dimisisse.

Num. 14. cum POPULUS universus murmuraret, & Moysis intercessionem reconciliatus esset Dominus Israeli: tamen in poenam criminis illius omnes omnino Hebraei, qui murmuraverant, mortui sunt in deserto, exceptis Caleb, & Josue, qui non murmuraverant. Ac præterquam quod poena mortis non infligitur ad emendationem in futurum Deus ipse testatur eò loco, eam poenam in ultionem Iscleris à populo se exigere. Et scietis, inquit, ultionem meam.

Numeri 20. MOYSES, & AARON, quia non glorificaverunt Deum ad petram, ea poena damnantur, ut moriantur in deserto. Et de Aaron ibidem dicit Scriptura: Pergat Aaron ad populos suos, non enim intrabit terram, quam dedi filiis Israel, eo quod incredulus fuerit ori meo ad aquas contradietionis, & continuo describitur mors ejus. De Moysè autem sic legitur Deuteronomio 32. Ascende in montem istum Abarim, in monte Nebo, & morere in monte, quem conspiciens, jungeris populis tuis, sicut mortuus est Aaron frater tuus, & appositus populis suis; quia prævaricatus estis contra me, &c. Nemo est autem, qui neget, Moysen, & Aaronem post peccatum illud in gratiam Dei rediisse: mansit igitur poena luenda post culpam remissam.